BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 B
26

III-14.17

14-11.a 5.

Digitized by Google

NOVISSIMA
PHYLOSOPHIA,

Auctore

P. D. FLAMINIO DE LANGHIS
Nouarienſi Cler. Reg. S. Pauli.

PARS PRIMA

CONTINENS DIALECTICAM,
& Tractatum de Scientia.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MEDIOLANI,

A

facile
quia
mum
inſtit
vna
tio. A
ratio
tariu
Antiq
Antiq
ſepiſ
mas
adol

by Google

Ad Lectorem.

SI Phyloſophari eſſet tranſcribere, Amice Lector, forſitan in immenſum volumen iſtud creuiſſet; facile eſt paginas alieno complere, quia facilis eſt ab oculo ad calamum via. non hoc mei liberculi inſtitutum. communes opiniones vna cum earum rationibus diſcutio. Auctoritatem veneror, ſequor rationem. Phyloſophus ſum non notarius, contemplator non ſcriba. Antiquis ita fido vt tamen nudæ Antiquitati non adhæream, ſciens, ſepiſsimè decrepitas domos in rimas fatiſcere, & veritatem, quæ adoleſcentula eſt non ſemper canis,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

rancidis, ſtiriatiſque ſenibus deſponſari. peritum deſiderauerim, nautam, at non nimis ſenem nè vel lippus Syrtes non videat, vel infirmus ipſas nequeat euitare. Doctorum Turbam plurimi facio, ſed non ſolam; illud Senecæ non ignorans, quod aliquando argumentum peſſimi turba eſt. *poteſt, hoc ſumma veritate teſtante, etiam in ore duorum vel trium ſtare omne Verbum, nec Phyloſophicæ difficultates ſunt pares reuelatis miſterijs, ita quod illud canamus.*

Ad firmandum cor ſincerum
Sola fides ſufficit

Decipit nos aliquando traditus per manus error, & plurima ſæpè dicimus quia ſic dici ſolet, non quia ſic dici debeat. ſectam nec inſtituo, nec ambio. mearum opinionum nullum Panegeriſtam, paucos ſectatores, plurimos Aryſtarchos de-

ſidero,

ſidero, vt dum quotidiè fodimus veritatem indagaturi, quotidiè quid noui inueniamus. ſententiam aliquam recenter natam non ſuadeo, doceri in gymnasijs, nè adoleſcentuli in circulis plauſibus illis defraudentur, quos non meretur qui carioſam antiquitatem non olet. legatur hoc opus vt ſciat vetuſtas quid obijci, recentior quid obijcere poſſit. neutralitatem poſtulans inimicitiam non mereor; qui doctrinam non tenet nec ipſam calumnietur. redarguat Amicus quæ nouerit; ſileat inimicus quæ neſcit. Vale.

DON GABRIEL FANTES
Cong. Cler. Reg. S. Pauli
Præpoſitus Generalis.

CVM librum continentem Tractatum Logicæ, & Tractatum de Scientia P. D. Flaminij de Langhis noſtræ Congreg. Presbyteri Profeſſi duo eiusdem Congreg. eruditi Viri, quibus id commiſimus accurata lectione, & graui iudicio recognouerint, & poſſe in lucem edi probauerint. Nos vt Typis mandetur facultatem facimus, ſi & alijs, quibus id competit, ità placuerit, In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Collegio noſtro Sancti Blaſij, & Caroli. Die duodecima Martij 1678.

Don Gabriel Fantes Præp. Gen.

Locus ✠ ſigilli.

D. Antonius Maria Buroncius Cancell.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IVſſu Reuerendiſs.Patris Inquiſitoris Generalis Status Mediolanenſis &c.hunc librum cui titulus Nouiſſima Philoſophia Auctore P. D. Flaminio de Langhis accurate perlegi cumq; nihil in eo bonis moribus, aut Catholicæ Fidei diſſonans animaduerterim, proinde prælo digniſſimum cenſeo. Mediol. die 4. Septembris 1678.

F. Caſimirus à Lauda S. Theol. Lect. Gen. ac S. Off. Librorum Reuiſor.

Stante ſupradicta atteſtatione

IMPRIMATVR

Commiſs. S. Offitij Mediol.
Iacobus Saita S.T.D. Canonicus Imperialis Baſilicæ Ambroſianæ pro Eminentiſs. D. D. Card. Archiep.
Arbona pro Excellentiſs. Senatu.

DE

REVERENDISS. PATRI DON

GABRIEL FANTES

Congreg. Cler. Reg. S. Pauli

PRÆPOSITO GENERALI.

FLumina ex Oceani ſinu manantia, quamuis per abditas terræ rimas, & latentes venas ſinuoſo itinere Neptunum effugiant, ideò tamen parentis declinant viſcera, vt pleniori alueo, & pompa apertiori, aquarum Deo ſoluant vectigal. REVERENDISS. PATER. *Hos Sophiæ riuulos, quos e ditiſſimo Tuæ Congregationis Oceano, publica deſiderium lucis accepit, idcircò abſtulit, vt mutuata lucis vſura, quæ tibi priuato iure debebantur, in manifeſtum tributi teſtimonium* di-

dicarentur. Tibi, inquam, qui Litterarum Pater, & Patronus omnium facultatum fontes ita exhauſiſti, vt nemo ambigat, quin Angelico Nomini, Angelicam addiderint ſuperi intellectionem. Inſubræ adhuc loquuntur Cathedræ facundiam tuam, aciemq; cognitionis admirantur, quando Sapientiæ abblandientis ſinu receptus, omnium cognitionum plenitudinem menti tuæ indulſit. Gaudet & Vmbria, quòd ad Orientis inuidiam ſcientiarum lumen ediderit, cui ne deſit pupilla ſpeculatrix, Aquilam addidit Gentilitiam, aureo virtutum tuarum lumine oculos beantem. Geſtit Illuſtriſs. Congregatio Tua, Te Capite, Te Duce, Te Moderatore denuò aſſumpto, nec timet hoſtiles impetus, AQVILÆ Tuæ telifera alis obtecta. Floret vndiq; hinc ſacris, inde eru-

eruditis laboribus ad iuuenum inſtitutionem , & raro prodigio ſtupet Solem ſuum, hoc eſt Te ipſum , in LEONIS Gentilitij ſigno flores vndiq; parere , alere Palladias ſegetes , Parnaſsi latices propinare . Securus Grex Tuus litterario paſcitur pabulo , cui LEO ARMATVS inuigilat. Ex pullis nullos habebis in nidulo abortiuos , cum omnes æquè probes eo quo nites ſcientiarum lumine, cumq; in eodem Capite , Solem ſuum , & Parentem Aquilam adorent . Quidquid igitur in Tuæ Congregationis clariſsimo Cælo ſplendet nitoris , quidquid diffunditur luminis, ad Te quis ambigat referendum ? Ad Te igitur , hoc eſt ad fontem ſuum , veniunt hæc lumina , tunc omnibus amica , cum à Te ſe nouerint benigno obtutu recepta. Tuo nati fructus in horto Tibi debentur

aqui-

æquitatis potius titulo, quàm officÿ; quòd ſi, impreſsoris manus minus meretur, quod à Te hæc volumina ſerenè accipiantur, exigent Patris aſpectum tui liberi libri, mutis vocibus, & facundo ſilentio in Tui obſequium perorantes. Quidquid e meo prælo lucis accipiunt, Tibi ſentio referendum; vt quid enim negantur Typis fructus, cui caracteres omnes in encomium geſtiunt famulari? Accipe igitur cum Tuo munere offerentis animum, vitam, domum, & ſi quid poſſunt hæc folia, Tua mihi fructum pariant clientelæ. Vale.

Reuerendiſs. Paternitatis Tuæ

Addictiſs., & Obſequentiſs.

Franciſcus Vigonus.

Ex mea Typographia Kal. Iunij 1679.

DE SCIENTIA

DIFFICVLTATES

Difficultas I.

An huc vſqueprobatum ſit dari veram, & rigoroſam ſcientiam.

CONcluſio. Quilibet minimus Phyloſophus ſciret ſoluere argumenta probantia dari in Intellectu viatoris veram ſcientiam, præſcindo à demonſtrationibus de Deo; ne ſutor ſit vltra crepidam.

Probabat quidam vir Doctus hanc Concluſionem ex illo loco Apoſtoli. *Scientia inflat*, Ex quo loco deducebat non dari ſcientiam. Sed bona pace huius Doctoris ſi valeret iſte modus arguendi, valerent etiam ſequentes argumentationes, *ventus inflat*, *ergò*

non datur ventus, venenum inflat ergo non datur venenum, & quod peius eſt valeret etiam iſta alia *ſuperbia inflat, ergò non datur ſuperbia*; & ſic pij Hominis gratia remaneret abſolutus ſuperbiſſimus Luciferaddo; hoc argumentum militare contra ſuum Iuuentorem; nam ſi ſcientia inflat opportet, quod detur nihil enim, quod non detur, inflare poteſt melius ergò probatur ſolutione argumentorum.

Primum ergo argumentum eſt tritum illud Ariſtotelis. *Omnis homo ſcire deſiderat*, quod facilè ſoluitur in primis quia ſcire non ſemper importat ſcientiam euidentem, ſed aliquando importat cognitionem probabilem vt patet in hac propoſitione, *ſcio probabiliter hoc eſſe verum*, & tamen probabilitas non eſt vera, & euidens ſcientia. Secundo plura appetimus; quæ non poſſunt haberi, vel ſaltem ordinariè non habentur; Sic in probabiliſſima ſententia deſiderantur entia rationis, nec tamen iſta vel habentur, vel haberi poſſunt, vt patet.

Secun-

Secundum Argumentum conſiſtit in illis pluſquam carioſis argumentis; *quando ſol eſt dies eſt; ſed nunc ſol eſt ergo &c. vbi datur effectus datur cauſa ſed nunc datur effectus ergo &c.* quæ omnia, & ſimilia facilè ſoluuntur dicēdo, quod minor in his demonſtrationibus dependet à ſenſibus, qui, licet concedatur, quod quando ſunt benè aplicati falli non poſſint, attamen nobis non conſtat, quod hic, & nunc ſint benè aplicati, cum nobis non conſtet quod hic, & nunc ſint in proportionata diſtantia, quod hic, & nunc nullum ſit impedimentum &c.

Dum Mediolani legerem Phyloſophiam variæ excogitatæ ſunt inſtantiæ huic reſponſioni. Dicebat vnus, quod vnus ſenſus corrigit alium, & ſic ſecundus ſenſus poteſt nos inducere in cognitionem infallibilem; ſed iſta reſponſio in laqueum reincidit, quia etiam ſecundus ſenſus, ad hoc vt corrigat primum, indiget bona applicatione, quam hic, & nunc dari euidens non eſt, vndè ſenſus correctus poſſet

ficere correctori. *Medice cura te ipſum*.

Nec ſunt in meliori fortuna ſecundi, qui dicunt Intellectum eſſe illum, qui corrigit ſenſum; nam etiam ipſe Intellectus vſque quò eſt in via indiget ſenſibus, de quibus nunc diſputatur, an ſit euidens hic, & nunc eſſe benè applicatos.

Dicebat tertius, ſenſus poſſe falli per accidens, quatenùs ſcilicet ſi ipſi fallantur fit contra ipſorum naturam, & exigentiam; admitto hanc reſponſionem & ſic diſcurro. Non nobis innoteſcit euidenter quando nàm fiat hæc violentia exigentiæ ſenſuum, nam cum hoc ſit in manu applicantis, ideo nihil certo, & euidenter affirmare poſſumus; addò, quod hæc reſponſio tollit poſſibilitatem opinionis, & dubij, quia ſi ex violentia facta ſenſibus quando falluntur, deducitur, quod non poſſint falli; ideò neque poterit dari opinio, vel dubium, cum in his duobus actibus interueniat fallibilitas.

Vltimus veluti bonus, & quietus

miles dicebat, bonam applicationem non debere probari, ſed debere ſupponi. Hic clipeus pugnam vitat, non a pugna protegit; nam, ſemel admiſſa bona applicatione certum eſt, dari ſcientiam, & eſſet ſicuti quis diceret hanc propoſitionem *admiſſis omnibus requiſitis ad ſcientiam; datur ſcientia*, quam propoſitionem quilibet baiulus admitteret.

Quod ſi adhuc rem medullitus examinemus etiam conceſſo, quod eſſet euidens, quando nam daretur hæc bona applicatio ſenſuum, non per hoc euinceretur, dari ſcientiam, quia ſenſibus benè applicatis poteſt Deus detrahere ſuum concurſum, ſicut poteſt cauſæ benè applicatæ ſuum concurſum detrahere; & ſic facere, quod adhuc ſenſus ſic benè applicati fallantur.

Dicunt, quod Deus poteſt detrahere, ſed non detrahet imo eſſe inconueniens, quod detrahat ſaltem pro ſemper, quia inconueniens eſt, quod pro ſemper operetur miraculum; examino ambas propoſitiones & ſic dico.

Scientia non ſolum eſt de re, quæ ita erit, ſed de re, quæ neque poteſt aliter eſſe, ergo licet Deus non detrahet ſuum concurſum, quia tamen poteſt detrahere ideò nunquam dabitur infallibilitas ſenſuum, quæ ſit ſufficiens ad ſcientiam: ad aliam propoſitionem, quæ dicit, eſſe inconueniens Deum ſemper operari miraculum, tanquam veriſſima admittenda eſt; ſed ſi hoc eſt inconueniens, oppoſitum erit tantum conueniens, & ſi tantum conueniens, igitur tantum probabile.

Tertium Argumentum conſiſtit in eo quod, ſi conſtrueretur Sylogiſmus conſtans ex tribus propoſitionibus. Vniuerſalibus tunc nulla ex his dependeret a ſenſibus, & ſic ceſſaret noſtrum fundamentum cum ſenſus non ferantur in vniuerſalia. Sed Contrà in primis, etiam propoſitiones Vniuerſales, ſi non immediatè, ſaltem mediatè dependent a ſenſibus, quatenus ex pluribus particularibus cognitis ipſæ propoſitiones vniuerſales deducuntur. Secundo adhuc eſt in lite, an

ſenſus poſſint attingere Vniuerſalia; adeòque, dum argumentum ſoli probabilitati innititur, euidentiam non parit.

Vltimum Argumentum (ſi tamen argumenti, & non potius ridiculæ illuſionis nomen meretur) eſt hoc vel ſcis, vel neſcis non dari ſcientiam; ſi ſcis iam habes ſcientiam, ſi neſcis, ergo male aſſeris non dari ſcientiam. Mirum eſt quot laudibus extollatur hoc Argumentum, quod ſtupeo vocari Argumentum ad hominem, cum adeò parum rationis præſeferat. Reſpondeo in primis retorquendo argumentum, vel ſcis, vel neſcis ſcientiam, & opinionem poſſe eſſe ſimul. Si ſcis ergo de hoc datur ſcientia, quod tamen eſt falſum, ſecus oppoſita ſententia eſſet euidenter falſa. Si neſcis ergò malè dicis id, quod neſcis; quod pariter falſum eſt, quia non malè dicitur, id quod tum pluribus rationibus, tum pluribus Auctoritatibus dicitur.

Ponam pro coronide huius Articuli, id quod a quibuſdam tironibus obij-

ciebatur. Mi Pater, dicebant iſtì, ad quid tot ſudores impendere in ſcientijs aquirendis, ſi ſcientia non datur? Sed ego reſpondebam, mei filij, ad quid ſtudet Theologus de Trinitate Incarnatione, & alijs miſterijs, ſi iſta euidentia non ſunt? licet ergò euidens non ſit, dari ſcientiam, (& hoc tantum ego contendo dicere) vtiliter tamen plura de ipſa quæruntur.

DIFFICVLTAS II.

Quid ſit ſentiendum de appetitu innato ad ſcientias, & quid de ipſis collectiuè acceptis.

Conclusio prima. Si pro appetitu innato intelligatur appetitus ſinè vlla cognitione; hunc dari in homine Chimericum eſt.

Probatur primò implicat dari volitionem in homine ſine cognitione, iuxta illud *nil volitum quin præcognitum*, ergo implicat, dari, appetitum in homine ſine cognitione; nec valet

di-

dicere, quod illud axioma intelligi debet de volitione elicita, non de innata, quia particula *nihil* vtpotè malignantis naturæ totum excludit. Confirmatur. implicat appetitus in homine, qui non ſit voluntarius, ſecus fieret contradictio in terminis, ſed ex omnibus Theologis implicat voluntarium ſine cognitione, ergò implicat appetitus ſine cognitione.

Dices, in actibus primò primis, datur appetitus, nec tamen datur cognitio, ſecus non amplius eſſent actus primò primi. Sed Contra. in actibus primò primis, licet non detur cognitio malitiæ moralis, datur tamen cognitio bonitatis phiſicæ illius obiecti, quod appetitur, quod ſufficit pro noſtro intento.

Probatur ſecundò. Minus diſtinguuntur appetitus duorum lapidum tendentium in centrum, quam appetitus Hominis, & appetitus lapidis comparati inter ſe; Ergo ſi duo appetitus in duobus lapidibus ambo ſunt ſinè cognitione, appetitus Hominis

erit cum aliqua cognitione, ſicque non erit innatus. Confirmatur. implicat appetitus erga ſcientias, niſi ſit appetitus erga verum, ſed implicat appetitus erga verum niſi ſit cum aliqua cognitione, cum proprium ſit Intellectus tendere in verum, ſicuti voluntatis in bonum, ergo &c.

Dices contrà hanc vltimam Confirmationem, quidem appeti verum, dum appetuntur ſcientiæ, at non appeti ſub ratione veri per conſequens non requiri actum Intellectus cognoſcentis; ſed Contra eo modo, etiam per Aduerſarios, appetuntur ſcientiæ, quo ſunt perfectiones Intellectus, ſed ſunt perfectiones Intellectus ſub ratione veri, ergo adhuc viget argumentum.

Concluſio ſecunda; appetitu elicito appetuntur omnes ſcientiæ collectiuè acceptæ, eſt contrà communem, & præcipuè contrà noſtrum Patrem Serbellonum id concedentem tantum de appetitu innato.

Probatur primò per ipſum Serbellonum. Homo appetitu elicito appe-

tit aliquas, ergo etiam omnes; Conſequentiam ſic probo ideò appetitu elicito appetuntur aliquæ ſcientiæ, quia cognoſcuntur, vt bonæ, ſed multò magis cognoſcuntur vt bonæ omnes collectiuè acceptæ ergo; communis reſponſio eſt, quod ſint quidem bonę; ſed tamen ſint moraliter impoſſibiles. Sed Contrà. duo conſiderantur in ſcientijs collectiuè acceptis bonitas; & moralis impoſſibilitas, quæro ergo cur potius moralis impoſſibilitas debeat eſſe motiuum retrahens, & bonitas non debeat eſſe motiuum trahens; certè gratis vnum potius, quam aliud dicetur, & ex alia parte maior appetitus eſt maior perfectio.

Hoc argumentum poteſt melius inſtaurari ex Doctrina Theologica, nam licet vitare omnia venialia ſit moraliter impoſſibile, tamen non ſolum hoc poteſt appeti, ſed etiam laudabiliter appeteretur.

Probatur ſecundo homo appetitu elicito appetere poteſt ſpeciale auxilium Dei, ergo etiam poteſt appetere

omnes ſcientias collectiuè accæptas. Probatur Conſequentia quia omnes ſcientiæ collectiuè accæptæ nihil aliud dicunt ſupra aliquas niſi ſpecialem concurſum Dei roborantis infirmitatem Intellectus, vt infinita obiecta poſſit attingere.

Arguunt primò ex Ariſtotele *omnis homo ſcire deſiderat*, ſed non omnes homines habent deſiderium elicitum, cum non omnes homines cognoſcant, ſcientias eſſe bonas, ergo deſiderant innatè. Confirmatur; quia potentia perfectibilis innatè deſiderat ſuam perfectionem, ſed ſcientiæ ſunt perfectiones Intellectus, ergò innatè appetuntur ab Intellectu.

Reſondeo, Ariſtotelem non explicuiſſe, quod illud deſiderium ergam ſcientias ſit innatum, & ſi in aliquo textu inuenitur hæc particula nempè *naturaliter* hoc fit ad contradiſtinctionem violenti, non ad incluſionem innati, ad Confirmationem dico, Intellectum appetere innatè ſcientias, quia innatè, & ſine vlla difficultate cogno-

ſcit

ſcit ipſas eſſe bonas, non quia appetat ſine vlla cognitione.

Arguunt ſecundò, appetitus innatus nihil aliud eſt, quàm capacitas, ſed Intellectus inegabiliter habet hanc capacitatem ad ſcientias, ergo habet appetitum innetum erga ipſas.

Reſpondeo in primis malè confundi capacitatem cum appetitu, quia homo eſt capax recipiendi ſpecies falſas non tamen has appetit. deinde argumentum mihi fauet; nam ſi appetitus innatus eſt capacitas Intellectiuas, quando dabitur actualis appetitus dabitur actualis Intellectio.

Arguunt tertiò contra ſecundam; appetitus elicitus eſt appetitus rationalis, ſed appetitus erga omnes ſcientias collectiuè accæptas non eſt appetitus rationalis, cum tendat in moraliter impoſſibile, ergo &c.

Reſpondeo, quod hæc propoſitio, *appetitus elicitus eſt appetitus rationalis*, poteſt facere duplicem ſenſum, vel quatenus ſit actus potentiæ rationalis & in hoc ſenſu in homine eſt vera illa

propoſitio in ordine ad ſcientias, vel facit ſenſum, quod appetitus elicitus ſit appetitus rationabilis, ideſt prudens, & in hoc ſenſu poſſet, ad liberalitatem, concedi quod appetitus hominis in ordine ad ſcientias collectiuè acceptas non ſit appetitus rationalis, eo modo, quo non eſt appetitus rationabilis, & prudens ille, qui tendit in peccatum, & tamen eſt appetitus elicitus.

Arguunt quartò. Scientiæ collectiuè acceptæ ſunt infinitæ, ergo non poterit homo ipſas appetere appetitu elicito. ego neſcio quomodo. Reſponderent Aduerſarij huic obiectioni attributa Dei ſunt infinita, ergo ipſa non poterit Homo appetere in ordine ad viſionem, & hæc conſequentia eſt hæretica.

Reſpondeo directè concedendo Antecedens, negando conſequentiam, quia non implicat, quod aliqua potentia entitatiuè finita, ſit terminatiuè infinita, eo modo, quo non implicat quod aliqua potentia entitatiuè ſpiritualis,

tualis, ſit terminatiuè materialis, vt patet in Intellectu cognoſcente obiecta materialia.

Quæres hic quid ſit ſentiendum de illa ſententia Platonis aſſerentis, Animas fuiſſe creatas ante corpora per multum tempus, & in vnione ad corpora fuiſſe infuſas ipſis quaſdam ſpecies ingenitas, vi quarum deindè haberetur ſcientia actualis, non verò aquireretur ſtudio, & labore.

Reſpondeo hanc opinionem de facto eſſe falſam, de poſſibili veram; eſt falſa de facto quia fides docet, non fuiſſe Animas creatas per multum tempus ante vnionem ad corpora; & etiam quia conſtat experientia quot laboribus, & quo ſtudio ſcientias aquiramus.

Nec placet impugnatio, quam paſſim ſolent adhibere Doctores, quod ſcilicet ſi ſcientia conſiſteret in ſpeciebus ingenitis potius eſſet actus memoriæ, quam Intellectus; non placet inquam; quia iſtæ ſpecies, cum eſſent ſpecies Intellectus, non memoriæ ideò in-

inſeruirent ad actus Intellectus,non ad actus memoriæ.

Quod vero de poſſibili opinio Platonis ſit vera conſtat ex eo, quod nulla apparet implicantia, quod Deus creet Animas per multum tempus ante vnionem ad corpora, & quod in inſtanti creationis infundat illis ſpecies, eo modo, quo fæcit cum Angelis.

DIFFICVLTAS III.

Quodnam poſſit eſſe obiectum ſcientiæ.

CONcluſio, quælibet res ſumpta quo ad eſſentiam poteſt eſſe obiectum ſcientiæ, ſub hac Concluſione includuntur entia rationis, particularia, contingentia &c. intellige ſi aliud non obſtet.

Probatur primò. aliqua res quò ad eſſentiam poteſt eſſe obiectum ſcientiæ, vt omnes concedunt, ergo etiam omnes res quo ad eſſentiam poſſunt eſſe obiectum ſcientiæ. Conſequentia

tenet

tenet ex paritate. Confirmatur ideò aliqua res quò ad eſſentiam poteſt eſſe obiectum ſcientiæ quia de hac eſſentia poſſunt demonſtrari proprietates, & paſſiones, ſed de qualibet eſſentia poſſunt demonſtrari proprietates, & paſſiones, cum quælibet eſſentia ſit emanatiua, ſuarum proprietatum ergo.

Probatur ſecundò quò ad entia rationis, quod magis accedit ad notitiam Intellectus magis accedit ad obiectum ſcientiæ, cum ſcientia notitia ſit, ſed entia rationis magis accedunt ad notitiam Intellectus, cum ſint partus ipſiuſmet Intellectus, ergo. Confirmatur, quod magis remouetur a cognitione ſenſitiua magis accedit ad cognitionem infallibilem, cum cognitio ſenſitiua fallibilis ſit, ſed entia rationis magis remouentur a cognitione ſenſitiua, cum non dentur a parte rei, ergo.

In ordine ad entia particularia miror, Patrem Serbellonium, *De ſcientia Art.* 7. qui ex vna parte ſuſtinet, entia rationis poſſe eſſe obiectum ſcien-

tiæ

tiæ, id ex alia negare de entibus parti- cularibus, maximè cum hoc admittat in primis ex eo, quod entia rationis habeant propriam eſsentiam; certè neſcio, quomodo, abſque ſcrupulo, poſſimus priuare particularia propria eſſentia, & ſi gaudent eodem titulo, quare non eodem beneficio? nec valet id, quod idem Auctor addit pro probatione, nempè particulare non poſſe eſſe cauſam proprietatum, & paſſionum quia cum cauſa debeat eſſe ſuperior ad ſuum effectum, debet eſſe Vniuerſalis, in primis quia non video, cur hæc numero rationalitas non ſit cauſa emanatiua huius numero riſibilitatis. ſecundò quia cauſa debet quidem eſſe ſuperior ſuo effectu in genere Independentiæ, non in genere Vniuerſalitatis, cùm hæc impertinenter ſe habeat.

Nec facilè eſt reſpondere huic argumento; per aduerſarios Concluſio particularis deducta ab vna Vniuerſali, & ab vna particulari poteſt eſſe obiectum ſcientiæ, ergo etiam Concluſio

cluſio particularis deducta à duabus particularibus erit huiuſmodi. Probatur Conſequentia, quia Concluſio cum ſequatur debiliorem partem, ſequetur propoſitionem particularem ergo alia propoſitio Vniuerſalis parum; imò nihil influit in hoc, quod Concluſio ſit, vel non ſit ſcientifica.

Quo ad contingentia tam mihi certum, eſt etiam ipſa, quo ad eſſentiam ſumpta, poſſe eſſe ſi nihil aliud obſtat, obiecta ſcientiæ quam certum ſit; etiam eſſentias contingentium eſſe neceſſarias, non minus enim eſt de neceſſitate albedinis eſse diſgregatiuam viſu, quam ſit de eſſentia hominis eſſe rationale, & ſi de eſſentia accidentis vis quod ſit variabilitas, etiam hæc erit neceſſaria in accidente, cum nullum accidens inueniri poſſit quod reſpectu ſubiecti non ſit variabile, & ſic de hac variabilitate, vt ita dicam, inuariabili poterit dari ſcientia.

Arguunt primò contra primam occulta cordis, & miſteria fidei habent & ipſa propriam eſſentiam, nec tamen

men poſsunt eſse obiecta ſcientiæ; ergò.

Reſpondeo, meam Concluſionem debere legi totam, inuenietur enim hæc particula. *Intellige ſi aliud non obſtet*, actibus autem, & miſterijs fidei obſtat ſupernaturalitas, & occultis cordis obſtat ratio liberi; cæterum quantum ſpectat ad rationem obiecti neceſsarij, & ad verificandam deffinitionem ſcientiæ traditam ab Ariſtotele tam occulta cordis, quam miſteria fidei ſumpta quo ad eſsentiam, & neceſſitatem ipſorum, poterunt eſse obiecta ſcientiæ.

Arguunt ſecundò in ordine ad entia rationis, quia non ſunt, & ex Ariſtotele, quod ſcitur debet eſse; ſecundo quia non ſunt vera, cum veritas ſit paſſio entis realis.

Reſpondeo, entia rationis eſse, ſi non realiter, ſaltem obiectiuè, & eſse vera intentionaliter, ſi non realiter; veritas enim eſt paſſio entis vt ſic; & ad ſummum veritas realis eſt tantumodò paſsio entis realis; ſic communiter,

niter; addo ego, quod ſi hoc, quod eſt exiſtere intentionaliter tolleret ab obiecto rationem ſcientiæ, Deus non poteſt certò, & euidenter cognoſcere in ſua cognitione Creaturas, quæ, pro vt exiſtunt in cognitione Dei, exiſtunt intentionaliter.

Arguunt tertiò. Ens rationis, cum ſit ad libitum Intellectus fingentis immutabile non eſt, ergo non poteſt eſſe obiectum ſcientiæ. Confirmatur, quia, cum non habeat ſui cauſam, nec poteſt cognoſci per cauſam ſic nec poteſt eſſe obiectum ſcientiæ.

Reſpondeo Ens rationis eſse ad libitum Intellectus, quo ad exiſtentiam non quo ad eſsentiam, vt ſupra; & ad Confirmationem dico, non habere ſui cauſam realiter operantem, non ſic obiectiuè operantem: quod ſi ſubtilius inſpiciamus poſſet dici ad primam obiectionem, hoc, quod eſt, eſſe ad libitum cauſæ efficientis non deſtruere rationem obiecti ſcientifici; ſecus de nulla Creatura ſcientia poſſet dari, quia omnes Creaturæ ſunt ad libitum Dei,

Et

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Et ad Confirmationem bene poſset retorqueri argumentum, dicendo; de Deo, in comuniori ſententia, datur ſcientia euidens, nec tamen Deus habet cauſam ſui ly ergo *per cauſam* poſitum in deffinitione ſcientiæ non debet intelligi ſemper de cauſa in eſsendo, ſed debet intelligi de cauſa in cognoſcendo, ideſt per diſcurſum.

Maior difficultas conſiſtit in aſſignanda eſsentia entis rationis, nam ſingibilitas, quam aliqui aſſignant non ſatisfacit; in primis quia, ſicuti fictio actualis eſt quidem via, & quodamodo id, quo fit ens rationis non vero ipſum ens rationis actuale; ita ſingibilitas eſt via ad ens rationis poſſibile, non ſic ipſum ens rationis poſſibile. Secundo quia hæc propoſitio *ens rationis eſt ſingibile* non includit impoſſibilitatem, cum de facto ens rationis ſingantur; aſſignarem ego pro eſsentia entis rationis terminum reſultabilem ex fictione poſſibili; vel ſi loquamur de ente rationis actuali, ex fictione actuali, nempè vel illud agregatum ex dua-

bus

bus naturis incompoſſibilibus, vel aliquod diſtinctum, quod eſt identificatum, vel &c.

Circa particularia arguunt, quod ſilogiſmus expoſitorius, qui eſt de particulari non gigait ſcientiam, cum non contineatur in ſummuliſticis illis carminibus *barbara calarent*. Confirmant ex eo quod nullum ſit adinuenibile particulare, a quo abſtrahi non poſſit ratio aliqua vniuerſalis, per conſequens non eſt adinuenibile particulare vt particulare, de quo detur ſcientia.

Reſpondeo, Silogiſmum expoſitorium non contineri in ſupra citatis carminibus, non quia aptum non ſit gignere ſcientiam; ſed quia non ita frequenter in vſu eſt, cum ordinariè loquendo non fiant Sylogiſmi in quibus ſaltem vna ex propoſitionibus non ſit Vniuerſalis, ad Confirmat. dico, particulare ſumptum cum ſua vltima taleitate non poſse amplius eſse capax abſtractionis, ſecus ſi velis, quod Deus vt formaliter dicens ſuam aſſei-

tatem

tatem adhuc ſit capax nouæ abſtra-ctionis multiplicabis Deitates, & di-ces aliquid contra omnes Metaphiſi-cos, ſuſtinentes quidem, Deum vt ens eſt continere aliquod commune, non ſic Deum, vt eſt ens a ſe.

Inſtabis primò contra Obiectioni-bus reſponſionem. Minor in ſilogiſ-mo expoſitorio eſt contingens, nam dicere. *Petrus eſt hic homo*. eſt dicere aliquid contingens, cum Petrus po-tuiſſet eſſe alter homo. Sed Contra, in-primis da Silogiſmum, in quo maior ſit Vniuerſalis, & ponatur pro minori hæc propoſitio mox dicta; tunc per Aduerſarios dabitur ſciētia, & tamen, cum Concluſio ſequatur debiliorem partem, ſequetur hanc minorem, quam ipſi vocant contingentem; dein-dè abſolutè negandum eſt Antece-dens, quia cum Petrus identificetur cum ſua Indiuiduatione non poteſt identificari cum alio indiuiduo, & ſic non poteſt eſſe alter homo.

Inſtabis ſecundò contra Confirma-tionem. Deus, etiam vt eſt ens à ſe, non

non excludit eſse ens, ergo etiam vt ens à ſe eſt capax nouæ abſtractionis, ſicque adhuc viget argumentum. Sed contra Deus, vt reduplicat ens à sè dicit ens ſed vt imbibitū formaliter in ly *à ſe*, & per conſequens, vt non amplius abſtrahibile neque vnquam audiui aliquem dicentem Deum conuenire cum Creaturis in ratione entis à ſe, ſed ad ſummum in ratione entis.

Circa contingentia, omnes obiectiones ſoluuntur illa diſtinctione, quo ad eſsentiam, & quo ad exiſtentiam adeoque, non eſt cur verba multiplicemus, non enim curamus quantum, ſed quid dicamus.

DIFFICVLTAS IV.

Per quid diſtinguantur ſcientiæ inter ſe.

CONcluſio prima. Sententia Thomiſtarum aſserentium, ſcientias diſtingui per diuerſam abſtractionem à materia, non validè impugnatur,

tatem adhuc ſit capax nouæ abſtra-ctionis multiplicabis Deitates, & dices aliquid contra omnes Metaphiſicos, ſuſtinentes quidem, Deum vt ens eſt continere aliquod commune, non ſic Deum, vt eſt ens a ſe.

Inſtabis primò contra Obiectionibus reſponſionem. Minor in ſilogiſmo expoſitorio eſt contingens, nam dicere. *Petrus eſt hic homo*. eſt dicere aliquid contingens, cum Petrus potuiſſet eſſe alter homo. Sed Contra, inprimis da Silogiſmum, in quo maior ſit Vniuerſalis, & ponatur pro minori hæc propoſitio mox dicta; tunc per Aduerſarios dabitur ſciẽtia, & tamen, cum Concluſio ſequatur debiliorem partem, ſequetur hanc minorem, quam ipſi vocant contingentem; deindè abſolutè negandum eſt Antecedens, quia cum Petrus identificetur cum ſua Indiuiduatione non poteſt identificari cum alio indiuiduo, & ſic non poteſt eſſe alter homo.

Inſtabis ſecundò contra Confirmationem. Deus, etiam vt eſt ens à ſe, non

non excludit eſſe ens, ergo etiam vt ens à ſe eſt capax nouæ abſtractionis, ſicque adhuc viget argumentum. Sed contra Deus, vt reduplicat ens à sè dicit ens ſed vt imbibitũ formaliter in ly *à ſe*, & per conſequens, vt non amplius abſtrahibile neque vnquam audiui aliquem dicentem Deum conuenire cum Creaturis in ratione entis à ſe, ſed ad ſummum in ratione entis.

Circa contingentia, omnes obiectiones ſoluuntur illa diſtinctione, quo ad eſsentiam, & quo ad exiſtentiam adeoque, non eſt cur verba multiplicemus; non enim curamus quantum, ſed quid dicamus.

DIFFICVLTAS IV.

Per quid diſtinguantur ſcientiæ inter ſe.

COnclusio prima. Sententia Thomiſtarum aſſerentium, ſcientias diſtingui per diuerſam abſtractionem à materia, non validè impugnatur,

ponemus, claritatis gratia ſubtiliſſimas impugnationes, quas ponit Ouiedus controu. 1. de ſcientia n. 16.

Impugnat igitur primò, quia non poteſt aſſignari ratio, cur illa abſtractoi, per quam homo vt ſic præſcindit ab Indiuiduatione, non ſit eadem cum illa, qua materia vt ſic præſcindat à ſenſibili, cum tam equè ſentiri non poſſit homo vt ſic, quam materia vt ſic, fateor, ex vi paritatis argumentum eſſe fortiſsimum, aliqua tamen conueniens diſparitas poſset eſse quia abſtractio fit ordinario ab ijs rebus, inter quas ſolet fieri comparatio; ſic genus abſtrahit à ſpeciebus, ſpecies ab Indiuiduis, quia inter has res fit comparatio, cum igitur homo vt ſic comparetur ad Indiuidua, non ad ſenſibilitatem, ideò &c., quod adhuc ſi perſiſtat Ouiedus, quod homo vt ſic debeat præſcindere à ſenſibilitate, concedent hoc libentiſsimè Thomiſtæ, ſed tunc dicent, illum hominem ſic præſcindentem à ſenſibilitate, ſpectare ad aliam ſcientiam, non ad illam, ad quam

ſpe-

ſpectat homo præciſus a ſingularitate.

Impugnat ſecundò: quia ſicut conſtituunt abſtractionem à materia ſenſibili, cur non conſtituunt aliam abſtractionem à materia corruptibili: ſed facili negotio ſoluent hoc argumentum Thomiſtæ dicendo, quod coruptibile continetur ſub ſenſibili, tamquam ſub ſpecie.

Impugnat tertiò, quia in metaphiſica aſsignantur tres abſtractiones vna eſt abſtrehentium merè præciſiuè, ſecunda abſtrahentium etiam negatiuè, quatenus vnum non tantum præſcindat; ſed etiam negetur de alio. tertia eſt abſtractio illa perfectiſſima, qua præſcindit Deus ab omni compoſitione ſi ergo ſcientiæ diſtinguerentur per diuerſas abſtractiones, cum in metaphiſica ſint tres abſtractiones diuerſæ, deberent dari tres metaphiſicæ.

Mirabuntur fortaſse Thomiſtæ, quod Ouiedus hoc idem argumentum non fecerit in Logica, quæ tot admittit præciſiones. nempe præciſionem

vniuerſalis vt ſic à prædicabilibus, generis à ſpeciebus, ſpecierum ab Indiuiduis. directè igitur dicent, omnes illas abſtractiones metaphyſicas non differre inter ſe niſi materialiter, cæterum conueniunt in hoc formaliter, quod omnes ſint abſtractiones à materia ſenſibili, & intelliggibili.

Impugnat quartò. Actus Intellectus ſunt in eadem abſtractione à materia, & tamen de ipſis agunt diuerſæ ſcientiæ, nempè logica, & Animaſtica ergo quià abſtractio, non eſt ſufficiens pro diſtinctione ſcientiarum. reſpondebunt fortaſſe, quod Logica non eſt ſcientia ſed potius diſpoſitio ad ſcientiam, vel ſi ſcientia erit, reducetur ad metaphyſicam, vt pote ad magis ſibi ſimilem cum multa quæ tractantur in logica fuſius explicentur in metaphyſica.

Concluſio ſecunda. tot ſunt ſcientiæ in ſpecie infima, quot ſunt Concluſiones talis ſcientiæ: pro hac ſententia citantur nominales à Soto apud Ouiedum ibid. n. 24.

Pro:

Probatur primò licet Leo,& Homo ſint in eadem linea ſenſibilis, ſunt tamen duæ ſpecies infimè diſtinctæ ergo, etiam ſi du e concluſiones ſint in eadem linea v. g. Phiſicæ, tamen erunt duæ ſcientiæ infimè ſpecie diſtinctæ. nec valet dicere, quod ſenſibile ſit ſpecies ſubalterna, non ſic Phyſica, quia vix poterit aſſignari diſparitas, cur illa ſic nominetur, non ſic iſta.

Dices. Leo, & Homo ſunt duæ differentiæ oppoſitæ, non ſic duæ Concluſiones Phiſicæ. ſed contra. Leo & Homo ſunt duæ differentiæ oppoſitæ licet conueniant in ratione ſenſibilis ergo etiam concluſio de priuatione, & concluſio de forma erunt duæ differentiæ oppoſitæ licet conueniant in ratione corporis naturalis. difficilis diſparitas.

Probatur ſecundò demus duas Concluſiones ſolo numero diſtinctas, v. g. duas Concluſiones de priuatione vt principiante. tunc ſic. plus diſtant, & in diuerſa linea, concluſio de forma, & Concluſio de priuatione, quam duæ

concluſiones ambæ de priuatione, ergo ſi duæ concluſiones ambæ de priuatione differunt tantum numero, duæ concluſiones, quarum vna ſit de forma, alia de priuatione different ſpecie.

Commune effugium eſt, quod illæ duæ Concluſiones de forma, & priuatione formæ differant quidem ſpecie in eſse rei non autem in eſse ſcibilis. ſed impugnatur duplici modo. quia ſcientia eſt cognitio rei neceſsariæ, ergo diuerſa ſcientia erit cognitio diuerſæ rei neceſsariæ, non vero diuerſi ſcibilis. ſecundò quia qui ſcit vnam Concluſionem de forma, ſcit facilè altera die aliam concluſionem de eadem forma, non tamen ſcit facilè concluſionem de priuatione ergo concluſio de forma, & concluſio de priuatione non ſolum differunt in eſse rei, ſed etiam in eſse ſcibilis.

Obijciunt primò. Scientia vt ſic non eſt niſi ſpecies ſubalterna, ergo Phyſica non poteſt eſse niſi ſpecies infima, Antecedens patet, quia ſupra

ſpe-

ſpeciem ſubalternam nulla alia ſpecies ſuperior datur; Conſequentia clarè conſtat; quia id, quod continetur ſub ſpecie ſubalterna, non eſt niſi ſpecies infima, ex quo deducitur, quod duæ concluſiones eiuſdem Phyſicæ non poterunt eſse duæ ſpecies infimæ, quia infimum non continetur ſub infimo.

Reſpondeo, quod ſcientia vt ſic non ſolum eſt ſpecies ſubalterna, ſed eſt genus, non ſolum propter rationes, quas aduximus probantes, Phyſicam eſse ſpeciem ſubalternam, ſed quia continet ſub ſe rationes practici, & ſpeculatiui, quæ in probabiliori ſententia ſunt duæ rationes ſubalternæ, & fortaſse pluſquam ſubalternæ.

Obijciunt ſecundò. quia ſi diſtinguerentur ſcientiæ per diuerſas Concluſiones, diſtinguerentur etiam per diuerſas obiectiones, ſed hoc non videtur dicendum, ſecus quilibet Articulus eſset in multiplici ſpecie ſcientiæ, ergo. Sequella ma. clara eſt ex eo, quod quælibet obiectio, cum conſiſtat in argumentatione habet ſuam concluſionem.

Reſpondeo fortaſſe, mè dicturum aliquod nouum, non tamen aliquod improbabile ſi aſſererem, quamlibet Concluſionem obiectionis fore diuerſam ſpecie cum procedat per principia diuerſa. Secundò reſpondeo, ideo concluſiones obiectionum eiuſdem Articuli non eſſe diuerſas ſpecie, quia ſemper eſt eadem concluſio cum ſit ſemper concluſio, oppoſita concluſioni, quæ ſuſtinetur.

Inſtabis. Qui probaret maiorem poſitam in obiectione, tunc deduceret concluſionem eandem cum illa maiori non verò oppoſitam concluſioni, quæ ſuſtinetur ergo adhuc viget argumentum. Sed contra. quia illa concluſio, quæ deduceretur ex Probatione maioris ſaltem indirectè, & mediatè eſſet oppoſita concluſioni quæ ſuſtinetur, vt patet conſideranti.

Obijciunt tertiò. fides habet diuerſa miſteria reuelata, & tamen, quia creduntur ſub eodem motiuo, non ſunt diuerſa ſpecie ergo, etiam ſi Phyſica habeat diuerſas concluſiones, tamen, quia

quia procedit ſub eadem formalitate corporis naturalis, non debent diſtingui ſpecie. hæc paritas non eſt ſpernenda.

Reſpondeo tamen, in primis non poſſe impugnari illum, qui diceret actus fidei diuerſificari pro diuerſitate miſteriorum, quæ creduntur ſicuti actiones creatæ diuerſificantur pro diuerſitate terminorum, qui producuntur. deinde diſparitas fundatur in hoc; quod motiuum idem, quod me inducit ad credendam Incarnationem, eſt idem, quod me inducit ad credendam Trinitatem; at motiuum, quod me inducit ad aſsentiendum, quod priuatio principiet quando non eſt, idem non eſt cum illo, quod me inducit ad dicendum Animam eſse immortalem; nam interrogatus cur credis Trinitatem? Dico. *Quia Deus reuelauit*. & Interrogatus cur credis Incarnationē; ſimiliter dico, *quia Deus reuelauit*. at interrogatus, cur priuatio principiat quando non eſt reſpondeo: quia principiat quando eſt eius principiatum,

& interrogatus cur Anima ſit immortalis, Reſpondeo. quia ſic congruit ſubſtantiæ ſpirituali, & incorporeæ.

Obijciunt quartò plures milites quia ordinantur ad integrandũ vnum exercitum non diſtinguuntur ſpecie ergo etiam plures Concluſiones quia ordinantur ad integrandam eandem ſcientiam non diſtinguuntur ſpecie. mirum eſt ſi hoc argumentum in militibus conſiſtens victoriam non reportet.

Parce quæſo ſi frequens ſum in retorquendis argumentis. plures concluſiones per te, quia ordinantur ad vnam phiſicam totalem, & vt ſic, non diſtinguuntur ſpecie ergo etiam Leo, & Bos quia ordinantur ad vnum Animal totale, & vt ſic non diſtinguuntur ſpeciè? directè igitur conceſso Antecedenti nego Conſequentiam quia in militibus nullum aparet prædicatum diſtinctiuum ſpecificum, quod dari in diuerſis concluſionibus ſatis, & abundè probatum eſt.

Obijciunt vltimò, quod cum vnitas ſpe-

ſpecifica ſit vnitas nobiliſſima debeat potius deſſumi ab aliquo nobiliſſimo, ſed nobiliſſimus omnium eſt finis, ergo Vnitas ſpecifica ſcientiarum debet deſſumi à fine, ſicque ab obiectis attributionis ipſarum.

Reſpondeo, quod ſi hoc argumentum valeret deberet vnitas ſcientiæ deſſumi ab Intellectu, quia in hoc agregato ſcientiæ nihil nobilius inuenitur, quam principium ſciens, vel ſaltem deberet deſſumi ab obiecto ſcito, quia aliquando obiectum ſcitum eſt Deus, quo nihil nobilius. directè igitur reſpondendum, vnitatem ſpecificam eſſe nobiliſſimam, ſed intrinſecè, finis autem licet nobilis ſit, eſt quid eſtrinſecum, ſicut eſt etiam cauſa efficiens.

Inſtabis quod licet finis ſit extrinſecus, ordo tamen ad finem non eſt, quid extrinſecum. ſed C. hoc modo etiam ordo ad Deum ſpecificaret, quia licet de Deus ſit extrinſecus tamen ordo ad ipſum eſt intrinſecus; melius eſt ergo, quod ſcientiæ ſpecificentur a

 diuer-

diuerſis concluſionibus, quæ ſunt adequatè intrinſecæ ſcientiæ, quam ab hoc ordine, qui ſaltem ex parte termini ad quem eſt quid eſtrinſecum.

DIFFICVLTAS V.

Quodnam Iudicium ſit dandum de opinione Pici Mirandulani circa vnam ſcientiam totalem.

CONcluſio. Picum impugnare, & Picum non intelligere idem ſunt. eſt concluſio præcipuè contra Conimbricenſes, quos ſequitur noſter Pater Serbellonus.

Probatur. Impugnatores Pici dicunt, ſcientias inter ſe ſpecie phyſica; & infima diſtingui, ſed hoc quoque Picus dicit, ergo Picum impugnare eſt Picum non intelligere; minorem clarè demonſtro. nam Picus dicit, dari vnicam ſcientiam totalem in hoc ſenſu, quatenus omnes ſcientiæ dicunt reſpectum ad perficiendum eundem intel-

lectum,

lectum, & ad conſtituendum vnum ſcibile vt ſic, quod ſit perfectum, & adæquatum obiectum ipſius intellectus ergo Picus dicit, ſcientias differre inter ſe ſpecie phyſica, & infima; & hanc eſſe mentem Pici patet ex eo, quod aducit in probationem ſuæ concluſionis quia dicit, vt videre eſt apud Ouied. de Scient Vnit. puncto 3. n. 24., quod etiam Ethica integratur ex diſtinctis ſcientijs moralibus, quia omnes ordinantur ad componendos mores.

Neque approbo Ouiedi cenſuram circa modum loquendi; quia ſicuti non damnant metaphyſici illum, qui diceret, dari vnum ens vt ſic integratum ex omnibus entibus, & vnum bonum vt ſic integratum ex omnibus bonis particularibus ita &c.

De reliquo non habent ſolam difficultatem de nomine vehementiſſimi impugnatores Pici in aſsignanda diſparitate, cur ex pluribus ſubſtantijs non ſolum ſpecie, ſed etiam genere diſtinctis integretur vna ſubſtantia vt

ſic,

ſic, & tamen ex pluribus ſcientijs ſpecie diſtinctis, vel etiam genere non integretur vna ſcientia totalis.

Arguunt primò Conimbricenſes: quod omnes, qui ſcripſere de ſcientijs ſcripſerę de ijs tamquam de rebus omnino ſpecie diſtinctis. Si viueret Picus hoc idem telum retorqueret in teli auctores nam diceret, omnes, qui ſcripſerunt de ſcientijs ſcripſiſſe tanquam de rebus ordinatis ad perficiendum eundem Intellectum humanum, per conſequens de rebus habentibus vnitatem ordinis

Reſpondetur tamen facilè ſcripſiſſe ipſos de ſcientijs tamquam de diſtinctis ſpeciè infima, non de diſtinctis vnitate agregationis, & ordinis.

Arguunt ſecundò ſententia Pici mirandulani obſcurat ſplendorem, ſcientias confundit, & congerit in vnum corpus, & in vnam ſcientiam. & ſi quis diceret, quòd ſententia Conimbricenſium obſcurat ſplendorem ſcientiarum, quia ſcientias diuidit, & omne regnum diuiſum deſolabitur?

Reſ-

Reſpondetur congeri in vnum corpus, ſicuti fit in bene ordinata Republica cum ſubordinatione, & diſtinctione partium inter ſe augere, non obſcurare ſplendorem ſic autem à Pico congeri omnes ſcientias partiales cum ſubordinatione tùm ad intellectum, tum ad ſcibile vt ſic.

Arguunt tertiò ſcientiæ ſunt adeo diuerſæ, vt non poſſint in vnum adunari, ſecus poſſent etiam adunari omnes virtutes morales, & facere vnam virtutem vt ſic, ego qui mundum teneo eſſe vnum, & tamen compingitur ex rerum multiplici diuerſitate, non capio quomodo hoc argumentum vim habeat, niſi cum Democrito velimus fingere plures mundos.

Reſpondetur negando Antecedens propter paritatem mox datam, ad illud, quod additur de virtute morali vt ſic difficultatem non habeo in concedendo, quod omnes virtutes integrent vnam Iuſtitiam, & vnam ſanctitatem. ſic de homine plures poſſidente virtutes ſolemus dicere *ille eſt homo iuſtus & Sanctus.* Vi-

Vires Serbelloni conſiſtunt in his argumentis. primò ſcientiæ habent diuerſas rationes formales. ſecundò non datur ſcibilitas communis niſi contracta ad particularia. tertio. hęc ſcientia totalis non poſſet aliquo nomine particulari nuncupari. quartò hæc ſcientia nunquam haberetur quia dum iam nouimus vnam concluſionem, remanerent aliæ infinitæ cognoſcendæ.

Reſpondeo. ad primum. diuerſas rationes formales ad ſummum arguere diſtinctionem ſpecificam infimam. ad ſecundum. eſſe implicantiam in terminis nominare ſcibilitatem communem contractam dum enim communis eſt non eſt amplius contracta. ad tertium. quid mirum ſi hæc ſcientia vniuerſalis nomen particulare non habeat, cum nomina rebus conueniant. ad quartum dico, ad ſummum in actu exercito non poſſe haberi hanc ſcientiam adequatè ſumptam propter maximas difficultates, & vitæ breuitatem. huc vſque Anteceſſores noſtri,

&

& nos aliquid de noſtro promamus.

Arguere poſſumus primò, quod, ſi iſta ſcientia totalis aliquam vnitatem haberet maximè eſſet vnitas ordinis, ſed neque hanc habet, & probamus minorem, quia diuerſus eſt ordo, quem habet Phyſica ad ſuum obiectum, ac ſit ordo, quem habet Logica ad ſuum, ergo iſtæ ſcientiæ, cum habeant diuerſitatem ordinis, non poſſunt habere vnitatem ordinis.

Reſpondeo vnitatem ordinis, quam nos aſtruimus, non eſſe ordinis quomodocumque, ſed ordinis generalis, & totalis in ordine ad eundem Intellectum, ille autem ordo, qui aſſeritur in concluſione eſt ordo particularis in ordine ad particularia obiecta.

Arguere poſſumus ſecundò hæc ſcientia totalis deberet continere etiam metaphyſicam, ſed hanc non poteſt continere, & oſtenditur minor quia hæc ſcientia non poteſt continere ens vt ſic, quod eſt obiectum metaphiſicæ, cum ens vt ſic omnia contineat ergo. hoc argumentum me terret.

Reſpondeo tamen in ſcientia debere conſiderari, & rem quæ ſcitur, & modum quo ſcitur. ens vt ſic in ratione rei, quæ ſcitur non poteſt contineri ſub ſcientia totali, vt benè probatur in obiectione, in ratione modi, quo ſcitur poteſt ſub illa contineri, quia ſcientia totalis vltra modum metaphyſicum continet modum Phiſicum, modum mathematicum &c.

Inſtabis. ſupra diximus, quod Concluſiones, quæ differunt in eſſe rei differunt etiam in eſſe ſcibilis, ergo à pari quę non poſſunt contineri ſub alio in eſſe rei, neque poſſunt contineri ſub alio in eſſe ſcibilis ſed C. dixi, quod concluſiones, quæ differrent in eſſe rei etiam differrent etiam in eſſe ſcibilis non quæ differrent in eſſe rei præcisè & ſimile dico in propoſito caſu, in quo ens vt ſic magis latè patet, quam ſcibile vt ſic tantum in eſſe rei.

DIF-

DIFFICVLTAS VI.

De ſcientia practica, & ſpeculatiua, ſubalternata, & ſubalternante.

Concluſio prima. Scientia practica, & ſpeculatiua diſtinguuntur diſtinctione includentis ab incluſo.

Probatur. Omne practicum eſt etiã ſpeculatiuum; non e contrà, ergo datur inter vnam rationem, & aliam diſtinctio includentis ab incluſo. Conſequentia tenet. quia ea diſtinguuntur diſtinctione includentis ab incluſo, quorum vnum poteſt eſſe ſine alio, non è contra Probatur Antecedens. practicum eſt etiam ſpeculatiuum, quia cum ſcientia practica ſit cognitio, eſt etiam innegabiliter ſpeculatio, non e contra quia poteſt dari purum ſpeculatiuum, quod conſiſtat in mera ſpeculatione ſui obiecti.

Dices ideo Animal diſtinguitur a rationali diſtinctione includentis ab incluſo, quia licet non omne Animal

ſit rationale tamen aliquod eſt rationale; at in caſu noſtro nec omne ſpeculatiuum eſt practicum, nec aliquod ſpeculatiuum eſt practicum, cum ſpeculatiuum conſiſtat in mera contemplatione ſui obiecti. ſed Contrà. accepto paritatem de Animali, & rationali, & dico, quod ſicuti aliquod Animal eſt rationale, ideſt illud, quod vltra puram ſenſibilitatem dicit etiam potentiam diſcurſiuam, ita aliquod ſpeculatiuum eſt practicum ideſt illud, quod vltra puram contemplationem dicit etiam dirigere ad aliquod opus.

Concluſio ſecunda. ſubalternata in abſentia ſubalternantis adhuc eſt vera ſcientia.

Antequam probem hanc Concluſionem. ſuppono ſcientiam ſubalternatam eſſe illam, quæ alteri ſubordinatur ratione principiorum, quæ accipit à ſubalternante. neque approbo ſententiam illorum, qui aſſerunt etiam vnam alteri ſubordinari ratione obiecti materialis propter rationem, quam nunc ſubdo.

Pro-

Probatur Concluſio ſubalternata, etiam in abſentia ſubalternantis habet ſuum obiectum ſcibile, ergo in abſentia ſubalternantis adhuc eſt ſcientia. A ſic oſtenditur obiectum v. g. medicinæ & Phyſicæ (& has duas ſcientias dicunt communiter ſubordinari) eſt corpus, ſed hoc eſt commune tum Phyſicæ tum; medicinæ, ergo obiectum eſt commune. Sicut ergo quia Animal eſt commune Leoni, & Homini. Homo etiam in abſentia Leonis eſt Animal, ita quia obiectum ſubalternatæ, & ſubalternantis eſt commune. Subalternata in abſentia ſubalternantis habebit ſuum obiectum ſcibile. ex hoc deducas, id, quod dixi in Concluſione, nempè non contingere ſubordinationem ratione obiecti communis; quod enim mihi, & tibi commune eſt, non eſt maior ratio, quod ratione illius ego a tè dependeam, quam tu a me.

Concluſio tertia. Omnia argumenta probantia, reliquas ſcientias ſubordinari Metaphyſicæ, eodem modo probant, Metaphiſicam ſubordinari reliquis ſcientijs. Pro-

Probatur quia Vnum ex argumentis eſt quia. ex Ariſtotele *Metaphiſica probat omnia.* Sed pari modo poſſemus dicere,omnia probare Metaphyſicam; cum enim principia Metaphiſicæ ſint principia entis vt ſic etiam ſunt principia omnium, & ſic omnia probant Metaphyſicam? ſcio fore facilem reſponſionem ex parte Aduerſariorum, ſed eodem fundamento, quo ipſi directè negabunt, quod omnia probent Metaphyſicam, nos etiam negabimus Metaphyſicam probare omnia, vel ſi ipſi diſtinguent, nos pariter diſtinguemus.

Aliud argumentum eſt quia. Metaphyſica habet pro obiecto ens vt ſic, adeòque habet pro obiecto etiam omnia obiecta ſcientiarum particularium. Sed poſſemus ſic retorquere argumentum. reliquæ omnes ſcientiæ particulares conſtituunt obiectum Vniuerſale, & vt ſic ergo, cum conſtitutum indigeat conſtituente, obiectum Metaphiſicæ indigebit obiectis reliquarum ſcientiarum, ſicque Metaphyſica ſubor-

bordinabitur reliquis ſcientijs.

Arguunt Contrà ſecundam primò. Scientia Inferior nequit eſſe ſine ſua ſuperiori, ſed ſubalternata eſt inferior, ergo nequit eſſe vera ſcientia ſine ſua ſuperiori, nempè ſine ſubalternante.

Reſpondeo ſuperiorem, vt formaliter talem, non poſſe eſſe ſine Inferiori nec e Contrà, Inferiorem tamen ſpecificatiuè ideſt illam eandem, quæ aliquando deſſumit Principia a ſuperiori poſſe aliquando illa non deſſumere, & ſic poſſe ſine illa eſſe veram ſcientiam.

Arguunt ſecundò. Subalternata deſſumit ſua Principia a ſubalternante, ergo ſine illa nulla habet principia demonſtratiua ſicque nequit eſſe vera ſcientia.

Reſpondeo, Aliquando, & non ſemper ſubalternatã procedere ex principijs ſubalternantis. habet enim etiam ſubalternata propria principia licet non ſemper. ſed de his minimis Prætor non curat.

DIF-

DIFFICVLTAS VII.

An ſcientia, & opinio poſſint eſſe ſimul.

COncluſio prima. non eſt aprobanda doctrina illorum, qui ſuſtinent ſcientiam, & opinionem ſe habere veluti magis, & minus, tanquam magnum & paruum lumen, tanquam maiorem, & minorem certitudinem.

Probatur. magis diſtat opinio, a ſcientia perfecta vt quatuor, quam diſtet ab eadem ſcientia perfecta vt quatuor ſcientia perfecta vt vnum, ſed ſcientia perfecta vt vnum, & ſcientia perfecta vt quatuor ſe habent veluti magis & minus, ergo non ſic ſcientia perfecta vt quatuor, & opinio. Confirmatur quia quæ ſe habent per modum magis, & minus poſſunt aliquando, æqualia eſſe vt patet in calore, vt duo comparato ad calorem vt quatuor, ſed quantumuis creſcat opinio nunquam poterit eſſe æqualis ſcien-

ſcientiæ; ergo ſcientia, & opinio non ſe habent veluti magis, & minus.

Dices primò, hanc Confirmationem fore veram, ſi ſcientia, & opinio ſe haberent veluti magis, & minus in eadem ſpecie infima; cum autem ſcientia, & opinio ſe habeant veluti magis, & minus in diuerſa ſpecie, ideò, quamuis creſcat opinio, non debet poſſe æquiparari ſcientiæ. ſed C. licet Angelus, & Homo ſint in eadem ſpecie ſubalterna, non infima, tamen non poſſunt dici, differre tamquam quid magis, & minus, ergo etiam, licet ſcientia, & opinio non ſint in eadem ſpecie infima, ſed tantum ſubalterna non poſſunt dici, differre tamquam quid magis, & minus.

Dices ſecundò moraliſtæ probant ſuas Concluſiones rationibus probabilibus, fruſtraneè autem id facerent, niſi ex talibus probationibus traherent aliqualem euidentiam, & aliqualem certitudinem ſuarum opinionum. Sed Contra moraliſtæ id faciunt adhoc vt trahant probabilitatem, non verò eui-

dentiam, & certitudinem. ſit ergo firmum, opinionem eſſe omninò incertam, & omninò incuidentem; & hoc non obſtante.

Concluſio ſecunda; poſſunt in eodem Intellectu, de eodem obiecto, & eodem tempore eſſe ſimul ſcientia, & opinio tam quo ad actus, quam quo ad habitus. eſt Concluſio Contra Thomiſtas.

Probant aliqui ex eo, quod gratia ſtat ſimul cum poſſe peccare, ſed paritas meo videri eſt infirma, nam hæc probat tantum, quod ſcientia poſſit ſtare ſimul cum poſſe opinari, non cum actu opinionis. probatur igitur aliter ſic quæ nullo modo dicunt contradictionem poſſunt ſtare ſimul, atqui ſcientia, & opinio nullo modo dicunt contradictionem, ergo poſſunt ſtare ſimul in eodem Intellectu. Minorem ſic oſtendo. contradictio eſt inter negatiuum, & poſitiuum, inter eſse, & non eſse, atqui actus ſcientiæ & actus opinionis ſunt duo actus poſitiui, cum ſint duæ cognitiones vitales; ergò ac-

tus

tus ſcientiæ, & actus opinionis nequeunt dici duo actus contradictorij.

Et hoc argumentum ſic inſtauro: minus diſtant opinari, & ſcire, quam ſcire, & non ſcire, ſicuti minus diſtant ſubſtantia, & accidens quam accidens, & non accidens, ſed ſcire, & non ſcire erunt duo contradictoria, ergo non ſic opinari, & ſcire. ſunt igitur opinari, & ſcire duo diſparata, non ſic duo oppoſita in genere poſitiui, & negatiui.

Probo deindè ſecundò. Nulla poteſt concipi maior oppoſitio quam inter Aſſeitatem, & Abalietatem hoc ſuppoſitio ſic diſcurro. Aſſeitas & Abalietas ſunt in eadem perſona Chriſti, ergo etiam ſcientia, & opinio poſſunt ſtare in eodem Intellectu, neque eſt reccurrendum ad ſolitum effugium, quod ſcilicet prima duo opponantur tantum contrariè, ſecunda duo contradictoriè. nam imperceptibile eſt, quod duo poſitiua, vt probaui, eſſe actus ſcientiæ, & opinionis, ſint oppoſita contradictorie? deinde in ſententia illorum, qui aſſerunt Abalietatem

nihil aliud eſſe, quam negationem aſſeitatis, ſemper curret paritas.

Dices licet opinio, & ſcientia ſint duo actus poſitiui, tamen vnus trahit ſecum negationem alterius, eo modo, quò licet calor, & frigus ſint duo poſitiua, tamen calor trahit ſecum negationem frigoris. gratias ago meo Aduerſario, qui arma dat ad tutelam, vndè ſic arguo; licet calor trahat ſecum negationem frigoris, tamen calor & frigus non opponuntur contradictoriè, ergo licet actus opinionis trahat ſecum aliqualem negationem ſcientiæ, tamen non opponentur contradictorie? & ſicuti in ſubiecto, quod ſit virtualiter multiplex poteſt ſtare ſimul calor, & frigus, ita in Intellectu, qui eſt virtualiter diuiſibilis poterunt &c.

Probat Spinula ex eo, quod ſi quis conſtrueret Silogiſmum, vbi minor eſſet ſcientifica, & Concluſio eſſet opinio, tunc quia in eodem inſtanti ſunt minor, & Concluſio, eſſet in eodem inſtanti actus ſcientiæ ſimul cum actu

opi-

opinionis. verum præterquam quod, minor eſt ſemper de obiecto aliqualiter diuerſo a Concluſione. cum in minori dicam v.g. *ſed Petrus eſt homo*, & in concluſione *ergo Petrus eſt Animal*, & nullus dubitat, quod poſſim ego habere opinionem, quod Petrus ſit Homo, & ſcientiã, quod Petrus ſit Animal, imperceptibile eſt, quod minor poſſit eſſe ſcientia, cum ſcientia ſit deducta per diſcurſum, minor autem non eſt quid deductum, ſecus minor eſſet Concluſio.

Arguunt primò. Implicat, eundem Intellectum eſſe certum, & non eſſe certum, ergo. ſecundò ſcientia eſt de re, quæ aliter non ſe poteſt habere, opinio eſt de re quæ aliter ſe poteſt habere tertio Ariſtoteles dicit *poſter cap. vlt. Eiuſdem vero ſcientia, & opinio omninò non eſt*. ſic ſolebant arguere noſtri boni Antiqui.

Reſpondeo ad primas duas difficultates; eas contradictiones (ſi tamen contradictiones ſunt) eſſe reſpectu diuerſi motiui; certitudinem reſpectu

motiui ſcientifici, incertitudinem reſpectu motiui probabilis. ad locum Ariſtotelis dico, quod, ſi benè expendatur, nobis fauet nam ly *omnino?* ſignificat, quod eiuſdem obiecti omninò, ideſt ſub eodem omninò motiuo conſiderati non datur ſcientia, & opinio, quod & nos admittimus.

Arguunt ſecundò. ſcientia eſt ſine formidine partis oppoſitæ; opinio eſt cum formidine partis oppoſitæ, ergo nequeunt ſtare ſimul. Confirmant. ſcientia dicit non poſſe dubitare, opinio dicit poſſe dubitare, ergo.

Reſpondeo, in primis tam obiectionem, quam Confirmationem poſſe ſolui vt ſupra, nam eſt formido, & non formido, poſſe dubitare, & non poſſe dubitare reſpectu diuerſi motiui; ſecundò dico, opinionem dicere tantumodo radicalem formidinem, non actualem; primam dicit, quia cum non ſit totaliter certificatus Intellectus, per opinionem relinquit campum ad poſſe formidare, non autem dicit actualem, quia cum non teneatur reflectere,

ctere, ſe procedere per motiuum falibile ſecus omnis opinio eſſet reflexiua, ideo nec actu tenetur dubitare ſeu formidare; poſſe autem dubitare, non repugnat cum actu ſcientiæ. ſimili modo ad Confirmationem.

Quam malè autem aliqui actum opinionis cum actuali dubio confundant habetur ex duplici capite, in primis quia dubium dicit nulli parti adhærere, opinio autem dicit, adhærere alicui parti determinate ſecundò quia per omnes poſſumus tuta conſcientia ſequi opinionem probabilem, non ſic poſſumus ſequi dubium actuale, & operans cum dubio actuali peccaret.

Arguunt tertiò. quia certitudo, & euidentia ſunt de eſſentia ſcientiæ conuenit ipſi actualiter, non radicaliter tantum, ergò quia formido eſt de eſſentia opinionis conuenit ipſi actualiter, ſed actualis formido non poteſt ſtare cum ſcientia, ergò.

Reſpondeo, quod, vltra doctrinam ſupra datam de reſpectu ad diuerſa motiua, duplex eſt aſſignabilis diſpa-

ſit rationale tamen aliquod eſt rationale; at in caſu noſtro nec omne ſpeculatiuum eſt practicum, nec aliquod ſpeculatiuum eſt practicum, cum ſpeculatiuum conſiſtat in mera contemplatione ſui obiecti. ſed Contrà. accepto paritatem de Animali, & rationali, & dico, quod ſicuti aliquod Animal eſt rationale, ideſt illud, quod vltra puram ſenſibilitatem dicit etiam potentiam diſcurſiuam, ita aliquod ſpeculatiuum eſt practicum ideſt illud, quod vltra puram contemplationem dicit etiam dirigere ad aliquod opus.

Concluſio ſecunda. ſubalternata in abſentia ſubalternantis adhuc eſt vera ſcientia.

Antequam probem hanc Concluſionem. ſuppono ſcientiam ſubalternatam eſſe illam, quæ alteri ſubordinatur ratione principiorum, quæ accipit a ſubalternante. neque approbo ſententiam illorum, qui aſſerunt etiam vnam alteri ſubordinari ratione obiecti materialis propter rationem, quam nunc ſubdo.

Pro-

Probatur Concluſio ſubalternata, etiam in abſentia ſubalternantis habet ſuum obiectum ſcibile, ergo in abſentia ſubalternantis adhuc eſt ſcientia. A ſic oſtenditur obiectum v. g. medicinæ & Phyſicæ (& has duas ſcientias dicunt communiter ſubordinari) eſt corpus,ſed hoc eſt commune tum Phyſicæ tum, medicinæ,ergo obiectum eſt commune. Sicut ergo quia Animal eſt commune Leoni, & Homini. Homo etiam in abſentia Leonis eſt Animal, ita quia obiectum ſubalternatæ, & ſubalternantis eſt commune. Subalternata in abſentia ſubalternantis habebit ſuum obiectum ſcibile. ex hoc deducas, id, quod dixi in Concluſione, nempè non contingere ſubordinationem ratione obiecti communis; quod enim mihi, & tibi commune eſt, non eſt maior ratio,quod ratione illius ego a tè dependeam, quam tu a me.

Concluſio tertia. Omnia argumenta probantia, reliquas ſcientias ſubordinari Metaphyſicæ, eodem modo probant, Metaphiſicam ſubordinari reliquis ſcientijs.

Pro-

Probatur quia Vnum ex argumentis eſt quia. ex Ariſtotele *Metaphiſica probat omnia.* Sed pari modo poſſemus dicere,omnia probare Metaphyſicam; cum enim principia Metaphiſicæ ſint principia entis vt ſic etiam ſunt principia omnium, & ſic omnia probant Metaphyſicam? ſcio fore facilem reſponſionem ex parte Aduerſariorum, ſed eodem fundamento, quo ipſi directè negabunt, quod omnia probent Metaphyſicam, nos etiam negabimus Metaphyſicam probare omnia, vel ſi ipſi diſtinguent, nos pariter diſtinguemus.

Aliud argumentum eſt quia. Metaphyſica habet pro obiecto ens vt ſic, adeòque habet pro obiecto etiam omnia obiecta ſcientiarum particularium. Sed poſſemus ſic retorquere argumentum. reliquæ omnes ſcientiæ particulares conſtituunt obiectum Vniuerſale, & vt ſic ergo, cum conſtitutum indigeat conſtituente, obiectum Metaphiſicæ indigebit obiectis reliquarum ſcientiarum, ſicque Metaphyſica ſubor-

bordinabitur reliquis ſcientijs.

Arguunt Contrà ſecundam primò. Scientia Inferior nequit eſſe ſine ſua ſuperiori, ſed ſubalternata eſt inferior, ergo nequit eſſe vera ſcientia ſine ſua ſuperiori, nempè ſine ſubalternante.

Reſpondeo ſuperiorem, vt formaliter talem, non poſſe eſſe ſine Inferiori nec e Contrà, Inferiorem tamen ſpecificatiuè ideſt illam eandem, quæ aliquando deſſumit Principia a ſuperiori poſſe aliquando illa non deſſumere, & ſic poſſe ſine illa eſſe veram ſcientiam.

Arguunt ſecundò. Subalternata deſſumit ſua Principia a ſubalternante, ergo ſine illa nulla habet principia demonſtratiua ſicque nequit eſſe vera ſcientia.

Reſpondeo, Aliquando, & non ſemper ſubalternatā procedere ex principijs ſubalternantis. habet enim etiam ſubalternata propria principia licet non ſemper. ſed de his minimis Prætor non curat.

DIF-

DIFFICVLTAS VII.

An ſcientia, & opinio poſſint eſſe ſimul.

CONcluſio prima. non eſt aprobanda doctrina illorum, qui ſuſtinent ſcientiam, & opinionem ſe habere veluti magis, & minus, tanquam magnum & paruum lumen, tanquam maiorem, & minorem certitudinem.

Probatur. magis diſtat opinio, a ſcientia perfecta vt quatuor, quam diſtet ab eadem ſcientia perfecta vt quatuor ſcientia perfecta vt vnum, ſed ſcientia perfecta vt vnum, & ſcientia perfecta vt quatuor ſe habent veluti magis & minus, ergo non ſic ſcientia perfecta vt quatuor, & opinio. Confirmatur quia quæ ſe habent per modum magis, & minus poſſunt aliquando, æqualia eſſe vt patet in calore, vt duo comparato ad calorem vt quatuor, ſed quantumuis creſcat opinio nunquam poterit eſſe æqualis

ſcien-

ſcientiæ; ergo ſcientia, & opinio non ſe habent veluti magis, & minus.

Dices primò, hanc Confirmationem fore veram, ſi ſcientia, & opinio ſe haberent veluti magis, & minus in eadem ſpecie infima; cum autem ſcientia, & opinio ſe habeant veluti magis, & minus in diuerſa ſpecie, ideò, quamuis creſcat opinio, non debet poſſe æquiparari ſcientiæ. ſed C. licet Angelus, & Homo ſint in eadem ſpecie ſubalterna, non infima, tamen non poſſunt dici, differre tamquam quid magis, & minus, ergo etiam, licet ſcientia, & opinio non ſint in eadem ſpecie infima, ſed tantum ſubalterna non poſſunt dici, differre tamquam quid magis, & minus.

Dices ſecundò moraliſtæ probant ſuas Concluſiones rationibus probabilibus, fruſtraneè autem id facerent, niſi ex talibus probationibus traherent aliqualem euidentiam, & aliqualem certitudinem ſuarum opinionum. Sed Contra moraliſtæ id faciunt adhoc vt trahant probabilitatem, non verò eui-

dentiam, & certitudinem. ſit ergo firmum, opinionem eſſe omninò incertam, & omninò ineuidentem; & hoc non obſtante.

Concluſio ſecunda; poſſunt in eodem Intellectu, de eodem obiecto, & eodem tempore eſſe ſimul ſcientia, & opinio tam quo ad actus, quam quo ad habitus. eſt Concluſio Contra Thomiſtas.

Probant aliqui ex eo, quod gratia ſtat ſimul cum poſſe peccare, ſed paritas meo videri eſt infirma, nam hæc probat tantum, quod ſcientia poſſit ſtare ſimul cum poſſe opinari, non cum actu opinionis. probatur igitur aliter ſic quæ nullo modo dicunt contradictionem poſſunt ſtare ſimul, atqui ſcientia, & opinio nullo modo dicunt contradictionem, ergo poſſunt ſtare ſimul in eodem Intellectu. Minorem ſic oſtendo. contradictio eſt inter negatiuum, & poſitiuum, inter eſse, & non eſse, atqui actus ſcientiæ & actus opinionis ſunt duo actus poſitiui, cum ſint duæ cognitiones vitales, ergò ac-

tus

tus ſcientiæ, & actus opinionis nequeunt dici duo actus contradictorij.

Et hoc argumentum ſic inſtauro: minus diſtant opinari, & ſcire, quam ſcire, & non ſcire, ſicuti minus diſtant ſubſtantia, & accidens quam accidens, & non accidens, ſed ſcire, & non ſcire erunt duo contradictoria, ergo non ſic opinari, & ſcire. ſunt igitur opinari, & ſcire duo diſparata, non ſic duo oppoſita in genere poſitiui, & negatiui.

Probo deindè ſecundò. Nulla poteſt concipi maior oppoſitio quam inter Aſſeitatem, & Abalietatem hoc ſuppoſitio ſic diſcurro. Aſſeitas & Abalietas ſunt in eadem perſona Chriſti, ergo etiam ſcientia, & opinio poſſunt ſtare in eodem Intellectu, neque eſt reccurrendum ad ſolitum effugium, quod ſcilicet prima duo opponantur tantum contrariè, ſecunda duo contradictoriè. nam imperceptibile eſt, quod duo poſitiua, vt probaui, eſſe actus ſcientiæ, & opinionis, ſint oppoſita contradictorie? deinde in ſententia illorum, qui aſſerunt Abalietatem

 nihil

nihil aliud eſſe, quam negationem aſ-
ſeitatis, ſemper curret paritas.

Dices licet opinio, & ſcientia ſint duo actus poſitiui, tamen vnus trahit ſecum negationem alterius, eo modo, quò licet calor, & frigus ſint duo poſitiua, tamen calor trahit ſecum negationem frigoris. gratias ago meo Aduerſario, qui arma dat ad tutelam; vndè ſic arguo; licet calor trahat ſecum negationem frigoris, tamen calor & frigus non opponuntur contradictoriè, ergo licet actus opinionis trahat ſecum aliqualem negationem ſcientiæ, tamen non opponentur contradictorie? & ſicuti in ſubiecto, quod ſit virtualiter multiplex poteſt ſtare ſimul calor, & frigus, ita in Intellectu, qui eſt virtualiter diuiſibilis poterunt &c.

Probat Spinula ex eo, quod ſi quis conſtrueret Silogiſmum, vbi minor eſſet ſcientifica, & Concluſio eſſet opinio, tunc quia in eodem inſtanti ſunt minor, & Concluſio, eſſet in eodem inſtanti actus ſcientiæ ſimul cum actu

opi-

opinionis. verum præterquam quod, minor eſt ſemper de obiecto aliqualiter diuerſo a Concluſione. cum in minori dicam v. g. *ſed Petrus eſt homo*, & in concluſione *ergo Petrus eſt Animal*, & nullus dubitat, quod poſſim ego habere opinionem, quod Petrus ſit Homo, & ſcientiã, quod Petrus ſit Animal, imperceptibile eſt, quod minor poſſit eſſe ſcientia, cum ſcientia ſit deducta per diſcurſum, minor autem non eſt quid deductum, ſecus minor eſſet Concluſio.

Arguunt primò. Implicat, eundem Intellectum eſſe certum, & non eſſe certum, ergo. ſecundò ſcientia eſt de re, quæ aliter non ſe poteſt habere, opinio eſt de re quæ aliter ſe poteſt habere tertio Ariſtoteles dicit *poſter cap. vlt. Eiuſdem vero ſcientia, & opinio omninò non eſt*. ſic ſolebant arguere noſtri boni Antiqui.

Reſpondeo ad primas duas difficultates; eas contradictiones (ſi tamen contradictiones ſunt) eſſe reſpectu diuerſi motiui; certitudinem reſpectu

motiui ſcientifici, incertitudinem reſpectu motiui probabilis. ad locum Ariſtotelis dico, quod, ſi benè expendatur, nobis fauet nam ly *omnino?* ſignificat, quod eiuſdem obiecti omninò, ideſt ſub eodem omninò motiuo conſiderati non datur ſcientia, & opinio, quod & nos admittimus.

Arguunt ſecundò. ſcientia eſt ſine formidine partis oppoſitæ; opinio eſt cum formidine partis oppoſitæ, ergo nequeunt ſtare ſimul. Confirmant. ſcientia dicit non poſſe dubitare, opinio dicit poſſe dubitare, ergo.

Reſpondeo; in primis tam obiectionem, quam Confirmationem poſſe ſolui vt ſupra, nam eſt formido, & non formido, poſſe dubitare, & non poſſe dubitare reſpectu diuerſi motiui; ſecundò dico, opinionem dicere tantumodo radicalem formidinem, non actualem; primam dicit, quia cùm non ſit totaliter certificatus Intellectus, per opinionem relinquit campum ad poſſe formidare, non autem dicit actualem, quia cum non teneatur refle-

ctere, ſe procedere per motiuum falibile ſecus omnis opinio eſſet reflexiua, ideo nec actu tenetur dubitare ſeu formidare; poſſe autem dubitare, non repugnat cum actu ſcientiæ. ſimili modo ad Confirmationem.

Quam malè autem aliqui actum opinionis cum actuali dubio confundant habetur ex duplici capite, in primis quia dubium dicit nulli parti adhærere, opinio autem dicit, adhærere alicui parti determinate ſecundò quia per omnes poſſumus tuta conſcientia ſequi opinionem probabilem, non ſic poſſumus ſequi dubium actuale, & operans cum dubio actuali peccaret.

Arguunt tertiò. quia certitudo, & euidentia ſunt de eſſentia ſcientiæ conuenit ipſi actualiter, non radicaliter tantum, ergò quia formido eſt de eſſentia opinionis conuenit ipſi actualiter, ſed actualis formido non poteſt ſtare cum ſcientia, ergò.

Reſpondeo, quod, vltra doctrinam ſupra datam de reſpectu ad diuerſa motiua, duplex eſt aſſignabilis diſpa-

ritas; in primis euidentia, & certitudo ponuntur in definitione ſcientiæ non ſic dubium in definitione opinionis. Secundò ſcientia reſpectu opinionis ſe habet veluti perfecta, perfectum autem, quia conuertitur cum bono, debet eſſe ex integra cauſa, & ſic ſcientia debet dicere euidentiam, & certitudinem actualis, non autem opinio actualem formidinem.

Arguunt quartò. licet calor, & frigus habeantur per diuerſa media attamen non poſſunt naturaliter eſſe in eodem ligno, ergò etiam licet ſcientia, & opinio habeantur per diuerſa media, attamen non poterunt naturaliter eſſe in eodem Intellectu.

Quando eràm diſcipulus audiui hanc diſparitatem; quia ſcilicet calor, & frigus ſunt duæ formæ intrinſecæ, at ſcientia, & opinio non ſic. ſed quia apud me eſt pluſquam miſterium imperceptibile, quod ſcientia, & opinio, qui ſunt duo actus vitales, non ſint intrinſeci ſuo Principio producenti. ideò.

Re-

Reſpondeo in primis. quod ſi loquamur de calore remiſſo poteſt ſtare ſimul cum frigore vt pariter cōcedunt Phyſici; ſi loquamur de calore vt octo tunc non poteſt ſtare cum frigore, non præcisè propter oppoſitionem, ſed propter incapacitatem ſubiecti. ſecundò quod debemus magis extendere capacitatem Intellectus, quam capacitatem ligni. tertiò quia calor, & frigus ſunt non ſolum diſparata ſed contraria, non ſic ſcientia, & opinio. ex tribus reſponſionibus tù elige, quam volueris.

Arguunt quinto quia habens calorem vt octo, non amplius poteſt calefieri ergo nec habens ſcientiam poteſt habere opinionem, quia ſcientia in genere cognitionis eſt ſumma.

Suppono, quod qui facit hoc argumentum ſit Theologus. & ſic retorqueo ipſum. Paternitas in Diuinis in genere Paternitatis eſt ſumma, ergo natura habens Paternitatem, non poteſt amplius habere Filiationem? Reſpondeo ergo, diſparitatem eſſe

 quia

quia vltra calorem vt octo, non datur alius calor quia ambo ſunt in eadem linea, at cum ſcientia, & opinio ſint in diuerſa linea, ideo Intellectus habens ſummum(& hoc ad liberalitatem;cum data qualibet ſcientia poſſit dari alia perfectior) in linea ſcientiæ, poſſit adhuc perfici in linea opinionis.

Ex dictis habes primò tibi tres vias eſſe apertas defendendi, quod ſcientia, & opinio poſſint eſſe ſimul. in primis quia non ſe habent nec tamquam duo contradictoria,nec tamquam duo contraria, ſed tamquam duo diſparata. Secundo,quia ſi aliqua eſt contradictio tollitur per reſpectum ad diuerſa motiua. Tertio, quia cum Intellectus ſit virtualiter diuiſibilis eſt capax duorum actuum etiam oppoſitorum, eo modo, quo voluntas eſt capax amoris, & odij.

Habes ſecundo, quod, ſi actus ſcientiæ,& opinionis poſsunt ſimul eſse, poterunt etiam eſse ſimul ſcientia,& fides cum ex vna parte rationes ſupra dictæ militent pro vtroque caſu, & ex alia

fides

fides non videtur, habere tantam contrarietatem cum ſcientia, ſicuti videtur de opinione, quia licet fides ſit obſcura attamen eſt certa, adeoque in prædicato certitudinis habet ſimboleitatem cum ſcientia.

Habes tertio quod ſemeldato, quod duo actus ſcientiæ, & opinionis poſſint ſimul eſſe facile hoc euincitur etiam de habitibus, cum minus repugnent poſſe ſcire, & poſſe opinari, quam actu ſcire, & actu opinari.

DIFFICVLTAS VIII.

In quo conſiſtat ſcientia habitualis.

Conclusio prima: Scientia habitualis non conſiſtit in habitu ſimplici diſtincto a ſpeciebus. eſt Antiquorum cum Capreolo, & alijs, quos ſequitur Serbellonus de Scientia Articulo 8.

Probare ſolent Auctores, ex eo, quod non poſſit aſſignari quandonam Producatur hic habitus, & quia poſt lon-

gam ſeriem reſpondetur, habitum pro- duci, poſtquam Intellectus primò exi- uit in actum; inſtant, quod cum actus ſint eiuſdem ſpeciei, ſi potuit vna vice Intellectus exire in actum ſiue habitu, poterit & ſecunda, & tertia vice. Sed quis non videt, & ſi penè cæcus, quod hoc argumentum poſſit fieri iiſdem Verbis contra tenentes ſpecies radica- tas, nam poſſunt ſic arguere; actus ſunt eiuſdem ſpeciei, ergò ſi potuit pri- ma vice Intellectus exire in actum ſine ſpecie radicata, poterit & ſecunda, & tertia, & ſicuti nos reſponderemus, quod poſſit ſed non ita facilè, ita & ipſi habebunt idem effugium.

Probatur igitur aliter tum ex com- muni capite ſuperfluitatis, tum etiam quia ſi eſt aliqua qualitas diſtincta, maximè eſt qualitas relicta a frequen- tatis actibus, ſed nulla qualitas, excep- ta ſpecie relinquitur ab actibus, ergo minorem ſic oſtendo. Intellectus non operatur niſi hoc duplici modo, nem- pè aut vitaliter, aut eſpreſſiuè, vnde actio Intellectiua vocatur ad Ani-

Animaſticis actio vitalis, & expreſſiua ſimul ſed pro vt operatur vitaliter producit actus, prò vt operatur expreſſiuè producit ſpeciem, ergo vltra actus non poteſt aliquid relinqui in Intellectu, niſi ſpecies.

Dices eſto, quod iſte habitus non poſſit prouenire ab actibus, certè quis prohibet dicere, quod proueniat a Deo? ſed Contra in primis, indignum eſt Philoſopho abſque neceſſitate recurrere in Sacriſtiam. Secundo per hoc diſtinguuntur habitus naturalès ab infuſis, quod illi producuntur longo vſu, & humano modo, & iſti immediatè infunduntur a Deo. tertiò quia ſi iſtè habitus proueniret a Deo poſſet primus actus eſse æquè facilis, ac ſecundus, quia etiam ante primum actum poſset Deus hunc habitum facilitatiuum infundere.

Concluſio ſecunda. ſcientia habitualis conſiſtit in ſpeciebus magis radicatis, ſeu quod idem eſt magis notis, & vſitatis. hæc Concluſio, cum deducatur a ſuperiori, vix indiget probatione attamen. Pro-

Probatur cognitio ſcientifica eſt euidens,& certa expreſſio obiecti,ergo facilior cognitio erit facilior expreſſio certa obiecti, ſed facilior expreſſio non poteſt prouenire niſi a ſpeciebus, quæ ſunt cauſæ expreſſiuæ, ergo ſcientia habitualis conſiſtit in ſpeciebus &c. Conf. quia combuſtio prouenit a cauſa combuſtiua, facilior combuſtio proueniet a cauſa combuſtiua melius aplicata, ergo etiam quia expreſſio obiecti habetur a ſpecie expreſſiua, facilior expreſſio obiecti habebitur a ſpecie expreſſiua melius aplicata, ideſt melius radicata.

Dices contra hanc Confirmationem. licet combuſtio veniat ab igne, tamen facilior combuſtio non venit ab ipſo, ſed a maiori aproximatione,ergo licet expreſſio proueniat a ſpeciebus, melior tamen expreſſio venit a radicatione, non ab ipſis ſpeciebus. ſed Contra in primis incipiunt Aduerſarij miteſcere, concedentes enim, faciliorem expreſſionem prouenire a radicatione ſpecierum, non amplius militant ſub

vexil-

vexilio de habitu. Secundò dicendum eſt, quod ſicut aproximatio eſt ſolum conditio, non cauſa efficiens facilioris combuſtionis, ita a pari dicendum eſt de radicatione in ordine ad ſpecies radicatas.

Arguunt primo. Species ſunt id, quo vniuntur obiecta Intellectui, ergo non poſsunt eſse comprincipia in ordine ad facilitandam cognitionem ſcientificam. conſequentia clara eſt quia nexus inter obiectum, & Intellectum ſeu inter obiectum, & principium non poteſt eſſe Principium, ſicuti nexus inter duol terminos non poteſt eſſe terminus, vt patet in ſummulis.

Hoc argumentum optime poteſt ſic retorqueri, habitus eſt id, quo mediante Intellectus facilius tendit in obiectum, ergo non poteſt eſſe comprincipium ad facilitandam cognitionem. directè igitur dico, ſpecies ita eſſe id quo, vt etiam ſint id quod cum præſtent duo munera, & repreſentare obiectum, & comproducere ſimul cum Intellectu actum ipſum, & vt nobis inſeruiant

ſeruiant exempla contra nos adinuenta; qui modice tantum, & ſuperficialiter ſcit ſummulas ſcit etiam, quod idem verbum, quod eſt copula poteſt inſeruire etiam pro termino, vt dum dicitur? *Petrus exiſtit* æquiualet .n. huic alteri propoſitioni Petrus eſt exiſtens: ſimili doctrina ſolues illud aliud Sinonimum argumentum, quod habitus debeat ſe tenere ex parte potentię.

Arguunt ſecundò. hæc facilitas non poſset prouenire nec aſpeciebus præcisè, nec ab ipſis vt ordinatis. A ſic oſtenditur. Species præcisè ſunt ante primum actum, nec tamen facilitant, itèm ante primum actum ſunt ordinatæ cum in primo Silogiſmo, quem elicio ſpecies maioris ſit ante minorem, & ſpecies minoris ante Concluſionem. auctores, qui tenent habitum conſiſtere in ſpeciebus, vt purè ordinatis videant quomodo ſoluant hoc argumentum.

Reſpondeo, habitum non prouenire nec a ſpeciebus præcisè, nec ab ipſis vt purè ordinatis, ſed ab ipſis, vt radicatis,

catis,

catis, quod ſi quæras,quid addat radicatio ſupra puram ordinationem, dico importare vſum frequentem, & familiaritatem cum Intellectu, propter repetitos actus ortam inter ſpecies, & eundem Intellectum.

Arguunt tertio. In voluntate dantur habitus, mediantibus quibus voluntas ipſa operetur, ergo etiam in Intellectu. qui tenent, habitus voluntatis conſiſtere in ſpeciebus viuidius repreſentantibus bonitatem obiecti, facili negotio ſe expediunt ab hoc argumento negando Antecedens.

Reſpondeo, quod adhuc dato Antecedente ſufficiens eſt diſparitas in hoc, quod voluntas eſt potentia cæca, per conſequens non eſt ſuſceptiua ſpecierum; cum nihil poſſit repreſentari immediatè cæco, & ſic eſt indiga alicuius alterius. alia non ſpernenda doctrina eſt quia Intellectus operatur trahendo ad ſe ſpecies, & per conſequens eius habitus poſſunt in ſpeciebus conſiſtere, at voluntas operatur illabendo in obiectum, & tracta ab obiecto, a quo

ium ſpecies non trahat per conſequens ipſius habitus in ſpeciebus conſiſtere nequeunt.

Inſtare poſſunt licet voluntas ſit cæca tamen illi Intellectus repreſentat bonum, ergo licet ſit cæca poſſunt illi ſpecies repreſentare obiectum. Sed Contra. Voluntati proponitur ab Intellectu bonum in hoc ſenſu, quatenus cognito bono ab Intellectu ipſa mouetur ad appetendum, non verò quatenus ipſa formaliter videat bonum propoſitum ab Intellectu, vndè patet æquiuocatio argumenti.

Arguunt quartò? ſpecie poſita adhuc Intellectus eſt indifferens ad actum, & non actum, ergo præter ſpecies debet dari aliquod determinans ad actum ſicque habitus. Confirmant quia ſpecies determinat ad ſummum ad aprehenſionem, ergo ad Iudicium, & ad diſcurſum indigemus aliquo alio, nempe habitu.

Reſpondeo, hoc idem argumentum fieri poſſe etiam de habitu quas enim audebit dicere, quod poſito habitu ſit

homo

homo neceſſitatus ad aſſenſum. directè tamen nota eſt illa reſponſio, quod ſcilicet ſpectet ad voluntatem, tollere indifferentiam, eo modo, quo poſito habitu fidei ſpectat ad voluntatem imperare Intellectui actum. ad Conf. Nego Antecedens omnino ſine fundamento dictum cum, enim ſpecies æquè poſſit repreſentare Iudicium, & diſcurſum ſicuti repreſentat aprehenſionem, ita etiam poterit &c.

Arguunt vltimo. ponuntur in homine habitus ſupernaturales, ergo etiam ponentur præter ſpecies habitus naturales. in conſcientia non teneor aſſignare diſparitatem, quia inter naturale, & ſupernaturale nulla datur paritas tamen.

Reſpondeo, vel cum communi quod dantur habitus ſupernaturales non ad facilitandum præciſè, ſed ad eleuandam, & ſupernaturalizandam potentiam, vel quod, ſi daretur ſpecies, quæ ſimul eſſet eleuatiua, & facilitatiua (nec de hoc video repugnantiam) tunc non haberem difficultatem in dicendo,

cendo, in hæc ſpecie ſupernaturali conſiſtere habitum. & hæc de ſcientia dicta ſint ſatis.

EX QVÆSTIONIBVS DE LOGICA

DIFFICVLTAS I.

An logica ſit neceſſaria ad reliquas ſcientias.

Concluſio I. inter reliquas difficultates de nomine hæc quoque non inferiorem locum obtinet.

Probatur. quia ſi nomine ſcientiæ intelligatur Concluſio deducta per diſcurſum Artificialem, & cum cognitione diſpoſitionis medij termini in tali vel tali figura, certum eſt, quod ſine Logica artificiali nequeat haberi ſcientia, cum hæc omnia deducendi

in

inſtrumenta diſcantur in gimnaſijs ſi verò nomine ſcientiæ intelligatur Concluſio deducta per demonſtrationem infallibilem, illam ſcilicet, quæ tam maiorem, quam minorem habet neceſſariam certam, & euidentem. tunc pariter certum eſt, ſine Logica artificiali ſcientiam dari poſſe. ne tamen videamur fugere difficultatem.

Concluſio II. abſolutè loquendo Logica non eſt neceſſaria ad reliquas ſcientias.

Probat Ouiedus, & cum ipſo nõnulli alij, ex eo, quod Logica non ſit neceſſaria ad ſe ipſam, ſi autem eſſet neceſſaria ad reliquas ſcientias, ex vi paritatis eſſet neceſſaria ad ſe ipſam, cùm & ipſa ſit ſcientia. ſed infirmam ſemper iudicaui hanc rationem; non ſolum quia ſi quis negaret, Logicam eſſe ſcientiam difficile poſſet impugnari; ſed etiam quia ſicuti eſt proprium aliarum cauſarum, non verò primæ cauſæ ante ſe ſupponere aliam cauſam, ita poſſunt dicere Aduerſarij, eſſe quidem proprium aliarum ſcientiarum,

non

non verò primæ ſcientiæ, ſicut eſt Logica, quæ eſt prima Ianua ad ſcientias, ante ſe ſupponere Logicam.

Probatur igitur aliter ſic. quia tunc habetur ſcientia quando habetur cognitio certa, & euidens deducta per diſcurſum, ſed ſine Logica Artificiali huiuſmodi cognitio poteſt haberi ergo Min. conceditur ab Aduerſarijs. Conf. quia ſcientia eſt cognitio certa, & euidens per diſcurſum, ſed gratis omninò aſſeritur, quod debeat eſse per diſcurſum artificialem, ergò Logica Artificialis non eſt neceſſaria ad ſcientias. ſi enim volunt Aduerſarij more Rabinorum imponere onera, vbi non ſunt, & vbi deffinitio ea non explicat, etiam ego poſſem dicere, quod ly *certa & euidens* debeat intelligi de certitudine, & euidentia ſupernaturali, vel de certitudine immediata, nec facilè ex vi deffinitionis aſſignaretur diſparitas.

Omnia argumenta reducuntur ad iſta. primo? Logica eſt modus, Ianua, & diſpoſitio, ſicque ſine illis non videtur poſse ſcientiam haberi, ſecundò

ſine

ſine Logica nequeunt cognoſci fallaciæ aut diſpoſitio medij termini. tertio? Logica docet definire, iudicare,& aprendere.

Hæc omnia facile ſoluuntur dicendo ad primum. quod Logica artificiali, eſt Ianua, & diſpoſitio ad ſcientias per diſcurſum artificialem aquirendas. ad ſecundum, quod ſine Logica non omnes quidem, ſed tamen aliquæ cognoſcuntur fallaciæ, vt videre eſt in quibuſdam ruſticis, qui ſi illis proponantur ſophiſmata cognoſcunt ſæpè, ſe irrideri. nec diſpoſitio medij termini eſt neceſsarius, niſi ad aquirendas artificialiter ſcientias.

Ad vltimum dicitur, non dari in ſtabulo vnicum tantum Aſinum. licet enim Logica Artificialis doceat definire, aprehendere, &c. non tamen eſt ipſa ſola, quæ hæc doceat, cum naturali lumine quis ſciat aliquando adinuenire definitionem, aprehenſionem, &c.

Ad quid ergo? fortaſse? dices, ſi Logica Artificialis non eſt neceſsaria toties

coties inſudare pro Logica, & porticus complere dialecticis clamoribus? ad quid, reſpondeo ego, ſi equus neceſsarius non eſt ad eundum Romam Equum tanto ſtudio quærere? ſicut ergo Equus ſi non ſimpliciter neceſsarius, ſaltem vtilis eſt ad iter habendum, ita Logica artificialis, ſi non ſimpliciter neceſsaria ad aquirendas ſcientias, ſaltem vtilitatis maximæ eſſe cenſetur.

DIFFICVLTAS II.

An Logica ſit ſcientia, & an ſit practica, vel ſpeculatiua.

Concluſio prima. dicere, quod Logica non ſit ſcientia, quia eſt modus, & diſpoſitio ad ſcientias, eſt dicere abſurda in Philoſophia, & Theologia ſimul.

Probatur. eſt abſurdum in Philoſophia, quia ſicuti non implicat, quod diſpoſitio ad formam ſit forma, cum nullus neget, quod calor ſit forma acciden-

cidentalis licet ſit diſpoſitio ad aliam formam, nempe formam ignis. ita diſpoſitio ad ſcientiam optimè poterit in ſe eſse ſcientia. eſt abſurdum in Theologia, quia ſicuti vna gratia remiſſion poteſt eſse diſpoſitio ad aliam gratiam intenſiorem, ita optimè poterit vna ſcientia eſſe diſpoſitio ad aliam ſcientiam, & ſi volumus ab oppoſito gratiæ arguere, ſicuti vnum peccatum eſt diſpoſitio ad aliud, ita a pari &c.

Quo ad illud de modo, non video, cur idem non poſſit eſſe modus ſcientiæ, & ſcientia, ſicuti in ſententia modaliſtarum actio, qua producitur ſubſtantia, eſt ſubſtantialis.

Concluſio ſecunda. Logica eſt practica, & ſpeculatiua ſimul, ita quod quælibet Concluſio participet vtramque rationem, eſt Contra plurimos, quorum aliqui volunt eſſe totam practicam, alij totam ſpeculatiuam, alij eſſe habitum intermedium.

Probatur quia Logica ex vna parte, cum ſit modus ſciendi dirigit operationes ſuas, ad hoc vt Intellectus inſtruatur,

tur, ex alia parte non videtur denegãda Logicæ ſuarum operationum conſideratio mera, ergo erit & practica, & ſpeculatiua ſimul. Confirmatur prius eſt, quod res conſideretur in ſe, quam quod reſpiciat aliud, ergo prius eſt, Logicam conſiderare operationes ſuas in ſe, quam dirigere ad inſtructionem Intellectus, ſicque prius eſt, quod ſit ſpeculatiua quam practica; cum autem prius dicat relationem ad poſterius, ideò hoc ſpeculatiuum trahet poſt ſe practicum.

Inſtabis. probatio deſtruit ſe ipſam, quia ſi logicæ non eſt deneganda pura ſpeculatio, ergo illi non erit concedenda cognitio practica, ſecus non daretur illi ſpeculatio pura, ſed mixta, ſimul cum practico. ſed C. res cum grano ſalis ſunt accipiendæ. mera ſpeculatio quæ Logicæ conceditur eſt ſub ea formalitate, ſub qua eſt ſpeculabilis ſecundum puram eſſentiam ſuarum operationum, & dicitur, ſub hac formalitate mera ſpeculatio, quia ſub hoc præciſa formalitate nullam admittit

pra-

praxim, licet admittat ſub alia.

Arguunt primò contra primam. Si modus rei eſſet res, etiam modus cauſæ eſſet cauſa, ſed hoc modo eſt maniſeſtè apoſtatare a modaliſtis, ergo Logica, quæ eſt modus ſcientiæ, non eſt ſcientia. Min. clara eſt quia qui modum admittit inter cauſam,& effectum vult, quod modus realiter ab vtroque diſtinguatur.

Reſpondeo, me eſſe bonum Catholicum nec velle apoſtatare. ſed dico, quod argumentum mihi fauet. ſicut enim modus cauſæ eſt & ipſe cauſa formaliter determinans, & denominans cauſam agentem, ita Logica licet ſit modus ſcientiæ poterit & ipſa eſſe ſcientia, & ſicuti modus eſt effectus, licet ſit modus ipſius effectus ita &c. quod autem etiam modus ſit effectus clarè conſtat ex eo, quod & ipſe ſit productus.

Arguunt ſecundò. quia obiectum Logicæ, cum dependeat ab Arbitrio Intellectus, eſt contingens, ergo Logica non eſt ſcientia. Confirmant

quia Logica tradit primas regulas; ſed primæ regulæ non poſſunt deduci per diſcurſum, ſecus non eſſent primæ ergo.

Reſpondeo, hoc idem fieri poſſe contra alias ſcientias, quorum obiecta quo ad exiſtentiam ſunt ad arbitrium alterius, & ſicut inibi reſpondetur ſufficere neceſſitatem quo ad eſſentiam ita &c. ad Conf. vellem quod Aduerſarij afferrent in quo defficiat hæc demonſtratio: *explicans debet eſſe clarius explicato, ſed deffinitio eſt explicans, & deffinitum eſt explicatum, ergo deffinitio debet eſſe clarior deffinito*, & tamen hęc eſt vna ex primis Regulis.

Arguunt tertiò. Contrà ſecundam: ſpeculatiuum cum diſtinguatur diſtinctione includentis ab incluſo a practico, debet poſſe eſſe ſine practico, ſed ſi Logica eſſet ſimul practica, & ſpeculatiua non poſſet ſine practico, eſſe ſpeculatiuum, cum ambo identificarentur cum tertiò, nempè cum Logica, & per conſequens identificarentur inter ſe.

Re-

Reſpondeo, quod ſi hoc argumentum valeret, neque inter Animal, & rationale daretur diſtinctio includentis ab incluſo, cum .n. Animal, & rationale identificentur cum tertio, nempè cum homine identificantur inter ſe. directè igitur D. Ma. debet poſſe eſſe ſinè practico, quando non ſunt ambo in eodem ſubiecto, C.Ma. aliter N. Ma. cum proportione ad reliqua. ne ergo in Logica ſpeculatiuum ſtet ſine practico, obſtat identitas, cæterum quantum eſt ex præciſa ratione ſpeculatiui poſſet, vt ſupra.

Arguit quartò. maſius ideo Theologia eſt eminenter practica, & ſpeculatiua ſimul, quia eſt quædam participatio ſcientiæ diuinæ, quæ talis eſt ſed Logica non eſt huiuſmodi ergo. Confirmat quia dicere, quod Logica ſit ſimul practica & ſpeculatiua eſt collocare ipſam in nimis eminenti faſtigio.

Reſpondeo Maſium non aduertiſſe quod quælibet Creatura ſit participatio Creatoris, & per conſequens quod

quælibet ſcientia ſit participatio.ſcientiæ diuinæ, licet vel maior, vel minor iuxta qualitatem Creaturæ, nec per hoc collocatur in ſummo faſtigio,quia licet ſit practica, & ſpeculatiua ſimul adhuc eſt de obiecto inferiori ad obiectum Theologiæ.

Arguunt quinto.practicum, & ſpeculatiuum ſunt duæ differentiæ oppoſitæ,ergo nequeunt eſſe ſimul. Probatur A. operabile, & non operabile ſunt duæ differentiæ oppoſitę, ſed practicum, & ſpeculatiuum ſe habent veluti operabile, & non operabile ergo. hoc argumentum licet facilè videatur non ita facilem habet ſolutionem.

Reſpondent aliqui, practicum, & ſpeculatiuum non eſſe duas differentias infimas ſicuti ſunt Rationale, & rugibile, quæ duo ſunt duæ differentiæ oppoſitæ, quia ſunt infimæ. Sed hæc reſponſio manifeſtam habet inſtantiam in eo quod licet ſenſibile, & inſenſibile ſint duæ differentiæ ſubalternæ tamen opponuntur,ergo ratio oppoſitionis non ſpectat præcisè ad hoc

quod

quod practicum, & ſpeculatiuum non ſint duæ differentiæ infimæ.

Reſpondeo ergo negando abſolutè maiorem, ea enim, quæ diſtinguuntur diſtinctione includentis ab incluſo non dicunt oppoſitionem, vt patet in Animali, & Rationali. ad illud: quod additur de operabili, & non operabili in primis dico, quod contemplatio non eſt negatio præciſa operationis ſed eſt quædam cognitio vitalis, & licet non dicat operationem tamen non eſt ipſius negatio ſicuti frigus non dicit calorem, nec tamen eſt poſitiua negatio caloris, ſecundò ſicuti diſtinctio virtualis, quæ eſt inter naturam diuinam, & relationes verificat de ipſis produci, & non produci, ita diſtinctio virtualis, quæ eſt inter prædicata Logicæ verificabit de ipſis operari, & non operari.

Argumenta, quæ ſolent fieri ad probandum, Logicam nullo modo eſſe practicam reducuntur ad iſta. primò quia praxis tendit in artem Mechanicam, & in opus externum, non ſic Lo-

gica, quæ tendit in externas Intellectus operationes. ſecundò quia Logica habet tantum contemplari veritatem. tertiò quia praxis tendit ad bonos mores, de his autem nullatenus curat Logica.

Reſpondetur tamen ad primum, praxim materialem, & fabrilem tendere in opus externum, non ſic praxim ſpiritualem, & liberalem. ad ſecundum negatur abſolutè propoſitio vt ſupra ſatis oſtenſum eſt, ad tertium dicitur, quod praxis voluntatis, quæ habet libere operari habet tendere ad bonos mores, non ſic praxis Intellectus. & de facto de prima praxi illud Verificatur. *Hominibus bonæ voluntatis.*

Quæ autem contendunt probare, nullo modo Logicam eſſe ſpeculatiuam reducuntur ad hæc præciſa tamen verborum copia. primò quia Logica, cum ſit Ianua ad ſcientias non appetitur gratia ſui, ſed gratia illarum ſcientiarum, quarum eſt Ianua. ſecundò quia Logicæ operationes omnes

nes ſunt dirigibiles ad inſtruendum Intellectum. tertiò quia, cum Logica ex ſupradictis ſit ſcientia, eſt etiam cognitio ſicque ſpeculatio, & hæc eſt aliquod opus.

Iſta etiam facilè ſoluuntur dicendo ad primum. Logicam eſſe Ianuam ſed non tantum, cum habeat & ipſa ſuum obiectum contemplabile. ad ſecundum. Logicam habere operationes dirigibiles, ſed etiam ſpeculabiles cum vna ratio non pugnet cum alia. ad tertium nos non negamus, Logicam eſſe aliquod opus, prout ſpeculatio eſt, at non eſſe opus directum ad aliud opus ſicuti requiritur ad practicum. ſecus ſi hoc argumentum valeret ſequeretur nullam ſcientiā eſſe ſpeculatiua, quia omnes ſcientia cum ſit cognitio eſt aliquod opus Intellectuale.

✠

DIFFICVLTAS III.

An Logica docens, & vtens realiter diſtinguantur.

COncluſio. tam actus, quam habitus Logicæ docentis, & vtentis realiter diſtinguuntur: quo ad actus nulla eſt difficultas, cum conſtet experientia, quod actus vtentis ſæpè datur ſine actu docentis, & e contra. quo ad habitus autem.

Probant aliqui ſic. vbi dantur diuerſæ difficultates inibi dantur diuerſi habitus, ſed in Logica docente, & vtente dantur diuerſæ difficultates ergo dantur diuerſi habitus. nunquam toto animo fidere potui huic probationi, non ſolum quia abſolutè Aduerſarij negabunt minorem, ſed etiam, quis prohibet dicere, quod ſicuti, per nos ſpecies habet duo munera nempè, & repreſentare obiectum, & facilitare potentiam, ita etiam, quod præter hæc duo habeat etiam aliud, & ſic non ſolum

eadem

eadem ſpecies facilitet ad docentem, ſed etiam ad vtentem.

Probatur igitur aliter primò ſic: duæ Concluſiones Logicæ docentis diſtinguuntur realiter quo ad habitum, ergo multo magis Concluſiones docentis, & vtentis; Conſequentia puto, quod a nullo ſit neganda. Antecedens ſic oſtendo. Qui habet facilitatem ad hanc docentem *prædicabilitas eſt de eſſentia Vniuerſalis Logici* non ſtatim habebit facilitatem ad hanc aliam *prædicabilia ſunt tantum quinque* ergo vna Concluſio docens diſtinguitur, realiter ab alia Concluſione docente, ergo multo magis Logica docens ab vtente.

Probatur ſecundò. ſpecies Logicæ docentis prior eſt, quam ſpecies Logicæ vtentis, ergo habitus Logicæ docentis prior eſt habitu Logicæ vtentis, ergo ab ipſo realiter diſtinguitur; & melius Confirmatur quia rationalitas, & riſibilitas in homine identificantur realiter, non poteſt vna produci prius alia ergo etiam ſi habitus Logicæ docentis, & vtentis identificarentur realiter,

liter, non poſset vnus produci ante alium anterioritate temporis.

Dices. eandem ſpeciem Logicæ docentis facilitare etiam ad vſum. ſed contra, non poteſt ſpecies facilitare potentiam, niſi in ordine ad illum actum quem ſaltem vna vice repreſentauit. ergo cum ſpecies Logicæ docentis, quæ præcedit vſum actualem, nunquam repreſentauerit talem vſum, nec poteſt facilitare potentiam ad talem vſum.

Arguunt primò. eo ipſo, quod eſt ablata difficultas ad docendum, eſt etiam oblata ad vtendum, ergò in Logica docente, & vtente non dantur diuerſæ difficultates, ſicque nec diuerſi habitus.

Reſpondetur negando Antecedens. quia conſtat experientia, aliquem difficultatem habue in vſu, non ſic in cognitione Præceptorum. nec valet dicere, quod hæc difficultas ſe tenet ex parte materiæ, non ex parte formæ in primis quia hæc reſponſio facit ad ſummum pro Tironibus, qui non adeò

benè

benè poſſident materias, non pro Lectoribus. deinde ſic arguo. Ille habitus, qui producit actum exigentem difficultatem ex parte materiæ, diſtinguitur ab eo, qui non exigit difficultatem ex parte materiæ, cum exigentiæ ſint intrinſecæ rei, cuius ſunt exigentiæ, ergo ſi habitus Logicæ vtentis exigit difficultatem ex parte materiæ, non ſic habitus Logicæ docentis ſequitur &c.

Arguunt ſecundò. ſpecies realiter eadem poteſt tollere diuerſas difficultates, ergo etiam ſi concederetur, quod in Logica docente, & vtente eſſent diuerſæ difficultates adhuc non bene probaretur &c. Antecedens magis clarificatur exemplo Solis, qui eſt realiter idem, & facit diuerſos effectus. hoc argumentum premit eos, qui ſupra admittunt, ideo hos habitus diſtingui realiter, quia dantur in Logica docente, & vtente diuerſæ difficultates. ne tamen videamur auari.

Reſpondeo, poſſe probabiliter negari Antecedens ex eo capite, quod ha-

habitus definitur *qualitas inclinans ad actus ſimiles* ſi ergo ſpecies eadem facilitaret ad actus tam vtentis, quam docentis non facilitaret ad actus ſibi ſimiles, quia cum ſupponatur ſpecies relicta ab actu docentis, non poteſt eſſe ſimilis actui vtentis.

Inſtabis. magis diſtat ſpirituale a materiali, quam docens ab vtente; & hoc non obſtante ſpecies ſpiritualis repreſentat obiectum materiale, vt patet in Angelis, ergo etiam ſpecies docentis, licet non ſit omninò ſimilis actui, vtentis poterit tamen ipſum facilitare.

Reſpondeo, diſparitatem eſſe in Angelis, quia cum ipſorũ ſpecies ſint Vniuerſales ideo eminenter continnent & ſpirituale, & materiale & hoc non eſt dicendum de ſpeciebus Logicæ docentis, & vtentis; ſcio poſſe fieri inſtantiam in ſpeciebus humanis, quæ licet Vniuerſales non ſint attamen ipſæ repreſentant obiectum materiale. ſed adhuc in promptu eſt alia reſponſio ſita in eo, quod habitus definitur *qua-*

litas

litas inclinans in actus ſimiles non vero dicitur *in obiecta ſimilia* adeòque nil mirum, ſi ſpecies cum obiecto illam ſimilitudinem habere non debet, quam habet cum actibus.

Arguit tertiò. Ouiedus in vna ex ſuis Reſponſionibus: ideò dantur diuerſi habitus in præceptis picturæ, & in vſu picturæ quia præcepta picturæ, & vſus picturæ, ſpectant ad diuerſas potentias, at non ſic ſe habent Logica docens, & vtens cum ſpectent ad eundem Intellectum, ergo.

Bone Deus, ſi hoc argumentum valeret quot deducerentur. hæc duo tantum argumenta ſint ſatis. difficultas in ordine ad actum obedientiæ, & difficultas in ordine ad caſtitatem pertinent ad eandem potentiam, cum pertineant ad eandem voluntatem, ergo pro Obedientia, & caſtitate ſufficiet idem habitus? rurſus difficultas in ordine ad actum opinionis, & in ordine ad actum ſcientiæ, pertinent ad eandem potentiam, cum pertineant ad eundem Intellectum, ergo pro vtroque

actu

actu ſufficiet idem habitus?

Reſpondeo directè, non deſſumi præcisè in præceptis picturæ, & in eius vſu indigentiam diuerſi habitus ex diuerſitate potentiæ, ſed etiam ex illis omnibus rationibus, ſupra adductis in probatione noſtræ Concluſiones.

Argui poteſt quartò. licet actus ſcientiæ, & opinionis ſint diuerſi actus tamen proueniunt ab eodem Intellectu, ergo etiam ſi actus docentis, & vtentis ſint diuerſi actus, poſſunt tamen prouenire ab eodem habitu realiter.

Reſpondeo diſparitatem fundari in eo quod Intellectus ſit cauſa æquiuoca & habitus ſit cauſa Vniuoca, adeòque debeat producere actum ſibi ſimilem.

Inſtabis licet ſit cauſa Vniuoca tamen habitus non producit habitum ſed actum, ergo etiam habitus docentis non tenetur producere actum docentis ſed poterit producere actum vtentis. Sed Contra habitus definitur *qualitas inclinans in actus ſimiles*, non verò definitur qualitas inclinans in

habi-

habitus ſimiles, ideo nil mirum, quod iſta ſimilitudo debeat eſse in actu, non in habitu.

DIFFICVLTAS IV.

De Obiecto Logicæ.

Conclusio prima. res omnes ſunt Obiectum materiale Logicæ. eſt nonnullorum apud Serbellonum Art. 3. de obiecto Logicæ.

Probatur primò. quia ſic melius conciliantur diuerſi Auctores, quorum aliqui ſuſtinent, voces eſſe obiectum Logicæ, alij eſſe entia rationis alij eſſe operationes Intellectus, dum autem nos omnia in obiecto materiali Logicæ includimus, nemini, iniuriam faciemus. aliter probatur ſic.

Illud eſt obiectum materiale Logicæ, in quo Logica ſuas formalitates poteſt conſiderare, ſed vi rebus omnibus Logica poteſt conſiderare ſuas formalitates, ergo res omnes ſunt obiecta materialia Logicæ, minor ſic oſtenditur

tenditur in rebus omnibus Logica vt ſpeculatiua eſt conſiderat præciſam rationem eſſentiæ, pro vt practica eſt conſiderat rationem dirigibilis, ergo Logica in rebus omnibus conſiderat ſuas formalitates.

Dices Logica non habet pro obiecto ſe ipſam, ergo non habet pro obiecto materiali res omnes, cum inter reliquas res etiam Logica ſit aliqua res ſed C. ly *res omnes* intelligi debet de rebus omnibus a Logica diſtinctis, eo modo, quo quando dicitur *Deus poteſt producere omnia*, non intelligitur, quod poſſit producere ſe ipſum. ſecundò. ſicuti Deus cognoſcens ſe ipſum habet pro obiecto ſe ipſum, ita Logica aliquid de ſe ipſa demonſtrans habet pro obiecto ſe ipſam.

Concluſio ſecunda. Obiectum formale Logicæ duplex eſt vnum vt terminans ipſam vt practicam, & eſt dirigibilitas, aliud terminans ipſam, vt ſpeculatiuam, & eſt contemplabilitas rerum omnium.

Probatur breuiter. quia obiectum forma-

formale eſt illud, quod determinat materiale ſed iſtæ duæ rationes determinant materiale, ad hoc vt ſit obiectum Logicæ, vt patet conſideranti, ergo.

Concluſio tertia. obiectum attributionis eſt Intellectus inſtructus, ſeu, vt alij loquuntur, directus.

Ratio huius Concluſionis clara eſt: quia obiectum attributionis eſt illud, ad quod omnia ordinantur, ſed omnia quæ tractantur in Logica ordinantur ad inſtruendum Intellectum, ergo, & ex hoc etiam patet quodnam ſit obiectum atributum Logicę, nempè ea omnia, quæ ordinari poſſunt ad Intellectum directum.

Arguunt primò. Contrà primam. ſi Res omnes eſſent obiectum materiale Logicæ, Logica confunderetur cum Metaphiſica, ſed hoc videtur abſurdum ergo. Minorem ſic oſtẽdunt, quia Logica habendo pro obiecto res omnes, haberet pro obiecto ens vt ſic, quod cum rebus omnibus conuertitur, ſicq; Logica confunderetur cum Me-

naphiſica. Confirmant quia ſi haberet pro obiecto res omnes, contineret omnia obiecta aliarum ſcientiarum, quod non videtur dicendum.

Reſpondeo, quod adhuc data noſtra Concluſione, non confunditur obiectum Logicæ cum obiecto Metaphiſicæ, quia obiectum Metaphiſicæ eſt ens vt ſic præſcindens ab hoc, & ab illo ente particulari, obiectum autem Logicæ eſt, & ens vt ſic, & quodlibet ens particulare cum ſupra quodlibet ens poſſit cadere definitio, diuiſio, demonſtratio, & ſimilia. addo, non eſſe abſurdum, quod obiectum materiale ſit idem in pluribus ſcientijs, vt patet in Phyſica, & medicina. ad Confirmationem dico, non eſſe mirum, quod Logica contineat omnia obiecta materialia reliquarum ſcientiarum, cum ſit modus, & Ianua ad omnes ſcientias.

Arguunt ſecundò. ſi contineret ſub ſuo obiecto materiali res omnes deberet continere etiam voces, ſed hoc non ſecus Philoſophiam verteremus in Gram-

Grammaticam, ergo. Confirmant quia deberet continere etiam entia rationis, tamquam obiecta materialia, ſed hoc non, ergo Ma. Probatur a Maſio decem modis quorum plerique habent vim in nomine; interim poſſet ſic oſtendę; quia non poteſt aſſignari locus, vbi Logica agat de ente rationis.

Reſpondeo, voces poſſe eſſe obiecta Logicæ pro vt poſſunt cadere ſub demonſtratione, nec per hoc confundimus Philoſophiam cum Grammatica, quia Grammatica vtitur vocibus, pro ut præcisè ſignificatiuæ ſunt, Logica autem pro vt ſunt obiectum demonſtrationis, diuiſionis, definitionis &c. ad Confirmationem, non habeo difficultatem in concedendo, etiam entia rationis, pro vt ſunt obiecta demonſtrationis, eſſe obiectum materiale Logicæ. nec per hoc tenetur Logica de ipſo explicitè agere, ſecus Phyſica etiam ipſa deberet agere de omni corpore naturali.

Arguunt tertiò. Illud non eſt obiectum materiale, in quo non conſidera-

tur directio Logica, ſed in rebus omnibus non conſideratur directio, cum propriè loquendo dicantur tantum dirigi operationes Intellectus, ergo.

Reſpondeo, res omnes, pro vt ſunt obiecta demonſtrationum, definitionum &c. dirigi ad inſtruendum Intellectum; id, quod dicunt de operationibus Intellectus nobis fauet, quia cum operatio Intellectus non poſſit dari ſine re, quæ aprehenditur, iudicatur &c. ſequitur, quod ſi dirigitur aprehenſio v. g., dirigatur etiam res aprehenſa.

Arguunt quartò. Contrà primam partem ſecundæ. obiectum formale aliquid debet addere obiecto materiali, ſed dirigibilitas, cum identificetur cum ipſo obiecto materiali, nihil addit ſupra ipſum, ergo dirigibilitas non eſt obiectum formale Logicæ.

Reſpondeo, hoc argumentum æquè benè fieri poſse de naturalitate, quæ eſt obiectum formale Phyſicæ, cum & ipſa identificetur cum corpore Phyſico; directè igitur Diſtinguo Maiorem

debet

debet addere aliquid, vel diſtinctum realiter, vel formaliter. Concedo maiorem, ſemper diſtinctum realiter nego maiorem, ſic cum proportione ad reliqua; ſicuti ergo obiectum formale potentiæ viſiuæ, non eſt ratio viſi, ſed ratio viſibilis quia hæc ſecunda eſt eſſentialis, non ſic prima, & tamen viſibile realiter non diſtinguitur ab obiecto viſo, ita a pari.

Arguunt quintò. dirigibilitas non competit ſoli Logicæ, ergo non eſt obiectum formale Logicæ A. oſtenditur ex eo, quod quælibet ſcientia dirigit ſuas Concluſiones ad inſtruendum Intellectum.

Reſpondeo, dirigibilitatem diuerſo modo eſſe in alijs ſcientijs, ac ſit in Logica, nam in alijs ſcientijs eſt quo ad materiam quæ cognoſcitur, definitur &c. in Logica eſt quo ad modum, quo cognoſcuntur, definiuntur res &c. primæ dant rem cognitam, ſecunda dat modum cognoſcendi.

Inſtabis. etiam Phyſica demonſtrat ſuas Concluſiones, & ipſas res definit,

ergo

ergo etiam aliæ ſcientiæ, non ſolum dant rem cognitam, ſed modum cognoſcendi, cum definitio, & demonſtratio rei ſint modi cognoſcendi rem ſed Contrà. dico, demonſtrationes, & definitiones, quo ad formam, ſeu præcepta, eſſe res Logicas, cum ſeruentur tum in definiendo, tum in Sillogizzando omnes Regulæ traditæ in Logicis.

Arguunt ſextò. Nec aprehenſio, nec Sillogiſmus malè factus poſſunt dirigi, ergo dirigibilitas non eſt obiectum formale Logicę A. Probatur non poteſt dirigi aprehenſio, quia cum ſit prima operatio, nullam aliam præſuponit operationem dirigentem; non poteſt dirigi Silogiſmus malè factus, quia potius induceret Intellectum in errorem, quam ipſum perficeret.

Reſpondeo Aprehenſionem dirigi ſi non ab alia operatione ſaltem ex natura ſua eo modo, quo omnes operationes moraliter bonæ ordinantur ex natura ſua in Deum, vel etiam dicam, quod licet vna aprehenſio non ſuppo-

nas

nat ante ſe iudicium, poteſt tamen ſupponere aliam aprehenſionem. ad illud, quod dicitur de Sillogiſmo malè facto dico, & ipſum poſſe dirigi ad Intellectum in hoc ſenſu, quatenus Intellectus noſcens errorem, & turpitudinem illius, ſtimulabitur ad non errandum.

Arguunt ſeptimò contra vltimam; Intellectus, & ipſe dirigitur ad aliud, cum dirigatur ad actum, ergo non eſt vltimus finis, ſicque non eſt obiectum atributionis Logicæ. comunis Reſponſio eſt, quod Logica actum non intendat ſed ſolumodò inſtruere Intellectum, vt poſſit exire in actum, quando ocaſio ſe ſe offeret. ſed quia intentum Logicæ non videtur eſſe, quod Intellectus inſtructus maneat otioſus, ſed potius exeat in actum, ideo aliter.

Reſpondeo diſtinguo Antecedens dirigitur ad actum tamquam cauſa ad effectum Concedo Antecedens, ſicuti medium ad finem, nego Antecedens, & Conſequentiam. ſicuti ergo hoc, quod eſt Deum dirigi ad Creaturas

non tollit in Deo rationem obiecti atributionis, quia Deus dirigitur ad Creaturas, tamquam cauſa efficiens, non tamquam medium ita a pari &c. imonſi benè inſpiciamus ipſe actus ab Intellectu elicitus dirigitur ad ipſum Intellectum elicientem, ad hoc vt ad illius ſimilitudinem alium facilius, imò melius eliciat.

Inſtabis contrà has vltimas particulas. actus eſt poſterior in executione ad ipſum Intellectum, ergo non poteſt ad ipſum dirigi tamquam medium, cum medium debeat in exequtione præcedere finem. ſed Contrà medium debet præcedere illum finem, qui ab ipſo efficienter producitur, vt patet in medicina reſpectu ſanitatis. vel dicas, hunc actum præcedere ſi non Intellectum ſimpliciter ſaltem, quo ad illam inſtructionem nouam, quam ipſe parit in Intellectu.

DIF.

DIFFICVLTAS V.

Quid ſit Vniuerſale Logicum, & in quo conſiſtat eius eſſentia.

Conclusio prima. Vniuerſale Logicum eſt illud, quod poteſt non ſolum prædicari, ſed etiam eſſe in multis. hæc Concluſio non indiget probatione, cum pateat in exemplo ſenſibilis reſpectu Animalium.

Concluſio ſecunda. Vniuerſale Logicum dicit de eſſentia ſua primaria tam poſſe eſſe, quam poſſem prædicari, quo ad ſubſtantiam eſt Serbelloni, & aliorum apud ipſum Articulo primo de Vniuerſali, cum quo tamen diſcrepo in hoc, quod ipſe dicit poſſe eſſe, & poſſe prædicari differre tantum per diuerſas denominationes.

Probatur igitur Concluſio quo ad primam partem. eſſentia primaria rei eſt radix prima, & id quod, primo concipitur in re, ſed poſſe eſſe in multis prius concipitur in Vniuerſali Lo-

gico, cum radix cuiuslibet rei ſit eſſe talis rei, ergo. Confirmatur. qui vellet deſtruere Vniuerſale daret illi tantum poſſe eſſe in aliquo, ergo e contra qui vult aſſignare eſſe Vniuerſali, dare debet illi poſſe eſſe in multis. conſequentia currit ab oppoſito.

Probatur quo ad ſecundam partem. Poſſe prædicari eſt poſſe affirmari de aliquo, ſed hoc eſt Vniuerſale Logicum ergo. Probatur minor poſſe affirmari, eſt poſſe fieri Iudicium, cum affirmare aliquid de alio, fit aliquid de alio iudicare, ſed hoc ſpectat ad Logicam, cum ſit vna ex operationibus Logicis ergo Confirmatur. quia ex ſupra dictis omnes res ſunt obiectum materiale Logicæ, ergo etiam quodcumque Vniuerſale erit obiectum materiale Logicæ, ſicque erit Vniuerſale Logicum.

Dices contra hanc Confirmationem, per ipſam probatur, quod etiam Vniuerſale Metaphyſicum, & Vniuerſale Phyſicum ſit Vniuerſale Logicum cum etiam illa duo Vniuerſalia

ſint

ſint duæ res. ſed Contra. nullam diffi-cultatem habeo in concedendo, quod etiam Vniuerſale Metaphyſicum, & Vniuerſale Phyſicum ſint Vniuerſale Logicum ſub ea formalitate, ſub qua poſſunt cadere ſub aliquo præcepto & operatione Logica; nec per hoc vnum Vniuerſale cum alio confunditur quia ſemper per diuerſa obiecta formalia, ſub quibus procedunt, diſtinguuntur.

Arguunt primò. poſſe eſſe non ponitur in definitione Vniuerſalis Logici, ergo non eſt de ipſius eſſentia; Antecedens clarum eſt, nam vniuerſale Logicum definitur *Vnum prædicabile de pluribus* Confirmant quia poſse eſse conuenit etiam Vniuerſali Metaphyſico.

Reſpondent aliqui, ly *poſſe eſſe* includi in definitione Vniuerſalis implicitè, ſi non explicitè. ſed quia hæc reſponſio aperit viam multiplicandi in infinitum eſsentias primarias, quia ex vi paritatis poſsemus dicere, quod etiam riſibilitas eſset de eſsentia pri-

ſicet vtraque ſit de eſsentia Filij.

Arguunt quartò. prius concipitur poſse eſse, quam poſse prædicari, ergo tantum poſse eſse eſt eſsentia primaria in Vniuerſali Confirmant ex eo, quod poſse eſse in multis, eſt radix prædicabilitatis, ſicque hæc ſecunda non eſt de eſsentia primaria, ſed tantum proprietas.

Reſpondeo, A. ad ſummum eſse verum in Vniuerſali inadequatè ſumpto, non in Vniuerſali Logico adequatè ſumpto, quod de ſua eſsentia primaria, vtrumque dicit, eo modo, quo ens adequate ſumptum dicit primariò tam ſubſtantiam, quam accidens quia tam eſt primarium in illa portione entis, quæ accidenti correſpondet ipſum accidens, quam ſit primaria ſubſtantia, illi portioni, quæ coreſpondet ſubſtantiæ. ſimili Doctrina ſolues etiam Confirmationem, nam prædicabilitas, pro vt correſpondet enti prædicabili, non eſt proprietas ſed ratio primaria.

Eo vlterius & dico, quod etiam ſi concederetur, quod prædicabilitas ſit

paſſio

paſſio eſſendi in multis adhuc poſset cum ipſo eſſe in multis primariò aliquid conſtituere. habe Exemplum clariſſimum in Metaphyſica. in ſententia probabiliori ſubſiſtentia emanat ab ipſa natura, & tamen ſimul cum ipſa natura conſtituit primariò ſuppoſitum; ita a pari licet concederemus, quod prædicabilitas emanaret tamquam paſſio ab ipſo poſse eſſe in multis, poſset tamen ſimul cum ipſo conſtituere Vniuerſale Logicum.

DIFFICVLTAS VI.

An Vniueſale Logicum ſit Genus ad reliqua prædicabilia.

Concluſio. Vniuerſale Logicum non ſolum eſt genus ad reliqua prædicabilia nempè Genus, ſpeciem &c. ſed etiam in aliquo ſenſu ad omnia alia Vniuerſalia.

Probatur I. prima pars. Vniuerſale Logicum diuiditur in reliqua prædicabilia, ergo eſt Genus ad reliqua

ſaphiſica. Confirmant quia ſi haberet pro obiecto res omnes, contineret omnia obiecta aliarum ſcientiarum, quod non videtur dicendum.

Reſpondeo, quod adhuc data noſtra Concluſione, non confunditur obiectum Logicæ cum obiecto Metaphiſicæ, quia obiectum Metaphiſicæ eſt ens vt ſic præſcindens ab hoc, & ab illo ente particulari, obiectum autem Logicæ eſt, & ens vt ſic, & quodlibet ens particulare cum ſupra quodlibet ens poſſit cadere definitio, diuiſio, demonſtratio, & ſimilia. addo, non eſſe abſurdum, quod obiectum materiale ſit idem in pluribus ſcientijs, vt patet in Phyſica, & medicina. ad Confirmationem dico, non eſſe mirum, quod Logica contineat omnia obiecta materialia reliquarum ſcientiarum, cum ſit modus, & Ianua ad omnes ſcientias.

Arguunt ſecundò. ſi contineret ſub ſuo obiecto materiali res omnes deberet continere etiam voces, ſed hoc non ſecus Philoſophiam verteremus in Gram-

Grammaticam, ergo. Confirmant quia deberet continere etiam entia rationis, tamquam obiecta materialia, ſed hoc non, ergo Ma. Probatur a Maſio decem modis quorum plerique habent vim in nomine; interim poſſet ſic oſtendi; quia non poteſt aſſignari locus, vbi Logica agat de ente rationis.

Reſpondeo, voces poſſe eſſe obiecta Logicæ pro vt poſſunt cadere ſub demonſtratione, nec per hoc confundimus Philoſophiam cum Grammatica, quia Grammatica vtitur vocibus, prout præcisè ſignificatiuæ ſunt, Logica autem pro vt ſunt obiectum demonſtrationis, diuiſionis, definitionis &c. ad Confirmationem, non habeo difficultatem in concedendo, etiam entia rationis, pro vt ſunt obiecta demonſtrationis, eſſe obiectum materiale Logicæ. nec per hoc tenetur Logica de ipſo explicitè agere, ſecus Phyſica etiam ipſa deberet agere de omni corpore naturali.

Arguunt tertiò. Illud non eſt obiectum materiale, in quo non conſidera-

tur directio Logica, ſed in rebus omnibus non conſideratur directio, cum propriè loquendo dicantur tantum dirigi operationes Intellectus, ergo.

Reſpondeo, res omnes, pro vt ſunt obiecta demonſtrationum, definitionum &c. dirigi ad inſtruendum Intellectum; id, quod dicunt de operationibus Intellectus nobis ſauet, quia cum operatio Intellectus non poſſit dari ſine re, quæ aprehenditur, iudicatur &c. ſequitur, quod ſi dirigitur aprehenſio v. g., dirigatur etiam res aprehenſa.

Arguunt quartò. Contrà primam partem ſecundæ, obiectum formale aliquid debet addere obiecto materiali, ſed dirigibilitas, cum identificetur cum ipſo obiecto materiali, nihil addit ſupra ipſum, ergo dirigibilitas non eſt obiectum formale Logicæ.

Reſpondeo, hoc argumentum æquè benè fieri poſse de naturalitate, quæ eſt obiectum formale Phyſicæ, cum & ipſa identificetur cum corpore Phyſico; directè igitur Diſtinguo Maiorem

debet

debet addere aliquid, vel diſtinctum realiter, vel formaliter. Concedo maiorem, ſemper diſtinctum realiter nego maiorem, ſic cum proportione ad reliqua; ſicuti ergo obiectum formale potentiæ viſiuæ, non eſt ratio viſi, ſed ratio viſibilis quia hæc ſecunda eſt eſſentialis, non ſic prima, & tamen viſibile realiter non diſtinguitur ab obiecto viſo, ita a pari.

Arguunt quintò. dirigibilitas non competit ſoli Logicæ, ergo non eſt obiectum formale Logicæ A. oſtenditur ex eo, quod quælibet ſcientia dirigit ſuas Concluſiones ad inſtruendum Intellectum.

Reſpondeo, dirigibilitatem diuerſo modo eſſe in alijs ſcientijs, ac ſit in Logica, nam in alijs ſcientijs eſt quo ad materiam quæ cognoſcitur, definitur &c. in Logica eſt quo ad modum, quo cognoſcuntur, definiuntur res &c. primæ dant rem cognitam, ſecunda dat modum cognoſcendi.

Inſtabis. etiam Phyſica demonſtrat ſuas Concluſiones, & ipſas res definit,

ergo

ergo etiam aliæ ſcientiæ, non ſolum dant rem cognitam, ſed modum cognoſcendi, cum definitio, & demonſtratio rei ſint modi cognoſcendi rem ſed Contrà. dico, demonſtrationes, & definitiones, quo ad formam, ſeu præcepta, eſſe res Logicas, cum ſeruentur tum in definiendo, tum in Sillogizzando omnes Regulæ traditæ in Logicis.

Arguünt ſextò. Nec aprehenſio, nec Sillogiſmus malè factus poſſunt dirigi, ergo dirigibilitas non eſt obiectum formale Logicę A. Probatur non poteſt dirigi aprehenſio, quia cum ſit prima operatio, nullam aliam præſuponit operationem dirigentem; non poteſt dirigi Silogiſmus malè factus, quia potius induceret Intellectum in errorem, quam ipſum perficeret.

Reſpondeo Aprehenſionem dirigi ſi non ab alia operatione ſaltem ex natura ſua eo modo, quo omnes operationes moraliter bonæ ordinantur ex natura ſua in Deum, vel etiam dicam, quod licet vna aprehenſio non ſuppo-

nas

nat ante ſe iudicium, poteſt tamen ſupponere aliam aprehenſionem. ad illud, quod dicitur de Sillogiſmo malè facto dico, & ipſum poſſe dirigi ad Intellectum in hoc ſenſu, quatenus Intellectus noſcens errorem, & turpitudinem illius, ſtimulabitur ad non errandum.

Arguunt ſeptimò contra vltimam; Intellectus, & ipſe dirigitur ad aliud, cum dirigatur ad actum, ergo non eſt vltimus finis, ſicque non eſt obiectum atributionis Logicæ. comunis Reſponſio eſt, quod Logica actum non intendat ſed ſolumodò inſtruere Intellectum, vt poſſit exire in actum, quando ocaſio ſe ſe offeret. ſed quia intentum Logicæ non videtur eſſe, quod Intellectus inſtructus maneat otioſus, ſed potius exeat in actum, ideo aliter.

Reſpondeo diſtinguo Antecedens dirigitur ad actum tamquam cauſa ad effectum Concedo Antecedens, ſicuti medium ad finem, nego Antecedens, & Conſequentiam. ſicuti ergo hoc, quod eſt Deum dirigi ad Creaturas

non tollit in Deo rationem obiecti atributionis, quia Deus dirigitur ad Creaturas, tamquam cauſa efficiens, non tamquam medium ita a pari &c. imonſi benè inſpiciamus ipſe actus ab Intellectu elicitus dirigitur ad ipſum Intellectum elicientem, ad hoc vt ad illius ſimilitudinem alium facilius, imò melius eliciat.

Inſtabis contrà has vltimas particulas. actus eſt poſterior in executione ad ipſum Intellectum, ergo non poteſt ad ipſum dirigi tamquam medium, cum medium debeat in exequtione præcedere finem. ſed Contrà medium debet præcedere illum finem, qui ab ipſo efficienter producitur, vt patet in medicina reſpectu ſanitatis. vel dicas, hunc actum præcedere ſi non Intellectum ſimpliciter ſaltem, quo ad illam inſtructionem nouam, quam ipſe parit in Intellectu.

DIFFICVLTAS V.

Quid ſit Vniuerſale Logicum, & in quo conſiſtat eius eſſentia.

COncluſio prima. Vniuerſale Logicum eſt illud, quod poteſt non ſolum prædicari, ſed etiam eſſe in multis. hæc Concluſio non indiget probatione, cum pateat in exemplo ſenſibilis reſpectu Animalium.

Concluſio ſecunda. Vniuerſale Logicum dicit de eſſentia ſua primaria tam poſſe eſſe, quam poſſem prædicari, quo ad ſubſtantiam eſt Serbelloni, & aliorum apud ipſum Articulo primo de Vniuerſali, cum quo tamen diſcrepo in hoc, quod ipſe dicit poſſe eſſe, & poſſe prædicari differre tantum per diuerſas denominationes.

Probatur igitur Concluſio quo ad primam partem. eſſentia primaria rei eſt radix prima, & id quod, primo concipitur in re, ſed poſſe eſſe in multis prius concipitur in Vniuerſali Lo-

gico, cum radix cuiuslibet rei ſit eſſe talis rei, ergo. Confirmatur. qui vellet deſtruere Vniuerſale daret illi tantum poſſe eſſe in aliquo, ergo e contra qui vult aſſignare eſſe Vniuerſali, dare debet illi poſſe eſſe in multis. conſequentia currit ab oppoſito.

Probatur quo ad ſecundam partem. Poſſe prædicari eſt poſſe affirmari de aliquo, ſed hoc eſt Vniuerſale Logicum ergo. Probatur minor poſſe affirmari, eſt poſſe fieri Iudicium, cum affirmare aliquid de alio, ſit aliquid de alio iudicare, ſed hoc ſpectat ad Logicam, cum ſit vna ex operationibus Logicis ergo Confirmatur. quia ex ſupra dictis omnes res ſunt obiectum materiale Logicæ, ergo etiam quodcumque Vniuerſale erit obiectum materiale Logicæ; ſicque erit Vniuerſale Logicum.

Dices contra hanc Confirmationem, per ipſam probatur, quod etiam Vniuerſale Metaphyſicum, & Vniuerſale Phyſicum ſit Vniuerſale Logicum cum etiam illa duo Vniuerſalia

ſint duæ res. ſed Contra. nullam diffi-cultatem habeo in concedendo, quod etiam Vniuerſale Metaphyſicum, & Vniuerſale Phyſicum ſint Vniuerſale Logicum ſub ea formalitate, ſub qua poſſunt cadere ſub aliquo præcepto & operatione Logica; nec per hoc vnum Vniuerſale cum alio confunditur quia ſemper per diuerſa obiecta formalia, ſub quibus procedunt, diſtinguuntur.

Arguunt primò. poſſe eſſe non ponitur in definitione Vniuerſalis Logici, ergo non eſt de ipſius eſſentia; Antecedens clarum eſt, nam vniuerſale Logicum definitur *Vnum prædicabile de pluribus* Confirmant quia poſse eſse conuenit etiam Vniuerſali Metaphyſico.

Reſpondent aliqui, ly *poſſe eſſe* includi in definitione Vniuerſalis implicitè, ſi non explicitè. ſed quia hæc reſponſio aperit viam multiplicandi in infinitum eſsentias primarias, quia ex vi paritatis poſsemus dicere, quod etiam riſibilitas eſset de eſsentia pri-

maria hominis, quia implicitè includitur in rationalitate, quæ ponitur in Hominis definitione, ideò aliter.

Reſpondeo datam definitionem non eſse adæquatam, cum defficiat ly *poſſe eſſe*, vel ſi velimus ſubtilius inueſtigare, poſsumus dicere, quod ly *eſt* poſitum in definitione inſeruit, & pro copula, & pro prædicato, vt poſse contingere docent paſſim Doctores in ſummulis, & ſic inſeruit tamquam ſi *poſſe eſſe* prædicaretur de Vniuerſali.

Arguunt ſecundò. non eſt maior ratio, cur poſse eſſe ſit de eſſentia Vniuerſalis Logici, & non ſit de eſſentia obiecti particularis, pariter Logici, ſed hoc ſecundum non eſt dicendum, ergo nec primum; facili negotio poſſem me expedire, dicendo etiam poſſe eſſe particulariter eſſe de eſſentia particularis Logici, cum eſſentia cuiuſcumque entis ſit ſuum eſſe nominale, per conſequens ſuum poſse eſse.

Reſpondeo tamen aliter, diſparitatem eſſe quia Vniuerſale cum magis aproximet ad abſtractum, quam par-

ticulare,

ticulare, ideò minus conſeruat de prædicatis particularibus, per conſequens magis retinet de prædicato magis communi, & hoc eſt poſſe eſſe, cum poſſe eſſe ſit commune omnibus rebus non implicantibus.

Arguunt tertiò. ſi tam poſſe eſſe, quam poſſe prædicari ambo eſſent de eſſentia primaria, vnum non deberet magis latè patere; quam aliud cum vtriuſque deberet eſſe eadem ratio, ſed poſſe eſſe magis latè patet quã poſſe prædicari, quia poſse eſse conuenit etiam ſimplici aprehenſioni, ergo &c. Serbellonus, qui tenet poſse eſse & poſse prædicari differre tantum, quoad diuerſas denominationes, fortaſse hoc argumento premetur.

Reſpondeo negando ſequelam Antecedentis. cum enim poſse prædicari & poſse eſse ſint duæ formalitates ideò poteſt vna magis latè patere, quam alia, eo modo, quo propter diſtinctionem virtualem quæ eſt in diuinis inter naturam, & filiationem natura magis latè patet, quam Filiatio

licet vtraque ſit de eſsentia Filij?

Arguunt quartò. prius concipitur poſse eſse, quam poſse prædicari, ergo tantum poſse eſse eſt eſsentia primaria in Vniuerſali Confirmant ex eo, quod poſse eſse in multis, eſt radix prædicabilitatis, ſicque hæc ſecunda non eſt de eſsentia primaria, ſed tantum proprietas.

Reſpondeo, A. ad ſummum eſse verum in Vniuerſali inadequatè ſumpto, non in Vniuerſali Logico adequatè ſumpto, quod de ſua eſsentia primaria, vtrumque dicit, eo modo, quo ens adequate ſumptum dicit primariò tam ſubſtantiam, quam accidens quia tam eſt primarium in illa portione entis, quæ accidenti correſpondet ipſum accidens, quam ſit primaria ſubſtantia, illi portioni, quæ coreſpondet ſubſtantiæ. ſimili Doctrina ſolues etiam Confirmationem, nam prædicabilitas, pro vt correſpondet enti prædicabili, non eſt proprietas ſed ratio primaria.

Eo vlterius & dico; quod etiam ſi concederetur, quod prædicabilitas ſit

paſſio eſſendi in multis adhuc poſſet cum ipſo eſſe in multis primariò aliquid conſtituere. habe Exemplum clariſſimum in Metaphyſica. in ſententia probabiliori ſubſiſtentia emanat ab ipſa natura, & tamen ſimul cum ipſa natura conſtituit primariò ſuppoſitum; ita a pari licet concederemus, quod prædicabilitas emanaret tamquam paſſio ab ipſo poſſe eſſe in multis, poſſet tamen ſimul cum ipſo conſtituere Vniuerſale Logicum.

DIFFICVLTAS VI.

An Vniueſale Logicum ſit Genus ad reliqua prædicabilia.

CONcluſio. Vniuerſale Logicum non ſolum eſt genus ad reliqua prædicabilia nempè Genus, ſpeciem &c. ſed etiam in aliquo ſenſu ad omnia alia Vniuerſalia.

Probatur I. prima pars. Vniuerſale Logicum diuiditur in reliqua prædicabilia, ergo eſt Genus ad reliqua

prædicabilia; Conſequentia ſic oſtenditur, quia Animal diuiditur in ſuas differentias, ideò eſt Genus ad ipſas, quia ſubſtantia vt ſic diuiditur in ſubſtantias inferiores, ideò eſt genus ad ipſas, ergo etiam quia Vniuerſale Logicum diuiditur in ſua inferiora, erit &c.

Probatur ſecundò. Vniuerſale Logicum vt ſic habet aliquam Vniuerſalitatem erga ſua inferiora, ſed non habet Vniuerſalitatem ſpecificam, nec differentialem nec &c. ergo Genericam. Minor ſic probatur non habet Vniuerſalitatem ſpecificam, quia ſi eſſet ſpecies infima prædicabilia differrent tantum numero, quod eſt abſurdum. ſi ſubalterna iam hæc coincidit ferè ſemper cum genere, vt patet in ſenſibili. non differentialem quia prædicabilia in ratione Vniuerſalis Logici tantum abeſt, quod differant, quod potius ſub hac ratione conueniunt, non Vniuerſalitate proprij, quia ſecus proprietas eſſet magis latè patens, quam eſſentia. non Vniuerſalitate acciden-

cidentis, quia Vniuerſale Logicum eſſentialiſſimè prædicatur de Inferioribus; ergo remanet quod habeat erga prædicabilia ſuperioritatem genericam.

Dices poteſt habere aliquam ſuperioritatem innominatam nomine Inferiorum, eo modo quo ſuperior ad comites, & Marchiones non eſt neceſſè, quod ſit Comes, aut Marchio, ſed ſufficit, quod ſit Dux. ſed Contra in primis quocumque nomine nuncupetur hæç ſuperioritas ſemper habebitur noſtrum intentum; quia intentum præſentis Quæſtionis, eſt quod omnia prædicabilia in ratione prædicabilis conueniant Vniuocè, quod Vniuerſale ipſis eodem modo conueniat, quod ſufficienter ſaluatur ſi Prædicabile vt ſic habeat aliquam Vniuerſalitatem reſpectu Inferiorum.

Secundò ſi aliquam habere deberet Vniuerſalitatem Innominatam, maximè in defficientiam nominis apropriati, & hoc non quia nulla aparet abſurditas in eo, quod Vniuerſale Logi-

cum, vt ſic nuncupetur genus reſpectu ſuorum prædicabilium. ad id, quod additur in Exemplum, dico id nobis fauere ſicuti enim Marchio Brandeburgenſis ſuperior eſt ad alios Marchiones, ita Vniuerſale Logicum licet ſit Genus; poteſt ſuperius eſſe ad alia genera.

Probatur modò ſecunda pars, quod ſcilicet Vniuerſale Logicum contineat in aliquo ſenſu omnia alia Vniuerſalia probatur inquam ſic. Vniuerſale Logicum continet ea omnia, quæ poſſunt cadere ſub Operationibus Logicis, nempè ſub definitione, demonſtratione, diuiſione &c. ſed omnia omninò Vniuerſalia poſſunt cadere ſub aliqua ex his operationibus, ergò Vniuerſale Logicum continet in aliquo ſenſu omnia alia Vniuerſalia.

Dices v. g. Vniuerſale Metaphyſicum quandò cadit ſub definitione, non eſt amplius Vniuerſale Metaphyſicum, ſed fit Vniuerſale Logicum, ergo alia Vniuerſalia nunquam continebuntur ſub Vniuerſali Logico. ſed Con-

tra. ideò in Concluſione dixi, Vniuerſale Logicum continere omnia Vniuerſalia in aliquo tantum ſenſu, & innuerem, quod ipſa non contineat ſub omni omnino formalitate, ſed tantum ſub formalitate Logica. vel ſi tibi diſplicet hæc reſponſio dicas, non implicare, quod idem habeat duplicem formalitatem, & ſic idem Vniuerſale ſit ſimul Logicum, & Metaphyſicum.

Arguunt primò, Illud pluſquam vetuſtum. ſubſtantiæ, & Accidenti nihil datur commune, ſed ex Predicabilibus aliqua ſunt ſubſtantia, vt differentia, & ſpecies, aliqua accidens, vt patet in Accidente ergò nihil ipſis datur commune, ſicque non datur Genus commune ad prædicabilia.

Reſpondeo in primis retorquendo Argumentum. magis diſtat rationale ab Irrationali, quam ſubſtantia ab accidente, & hoc non obſtante datur aliquid commune neinpè Animal, ergo à pari; quod autem magis diſtent Rationale, & Irrationale quam ſubſtantia, & Accidens, patet in eo, quod ſub-

ſtantia,

ſtantia, & accidens ſunt in eodem ſubiecto non ſic Rationale, & Irrationale.

Reſpondeo ſecundò. Negando abſolutè maiorem, ſicuti enim ſubſtantiæ, & Accidenti datur aliquod commune, nempè ens vt ſic, ita poteſt dari alia ratio communis ambobus, nempè poſſe eſſe in multis, & poſſe prædicari de multis, in qua ratione conueniunt.

Inſtabis ſubſtantia poteſt eſſe in multis per modum entis per ſe ſubſiſtentis, Accidens poteſt eſſe in multis, per modum entis non ſubſiſtentis per ſe. ergo neque in hac ratione eſsendi in multis conueniunt Accidens,& ſubſtantia. ſed Contra Inſtantia tantum conuincit, quod ſubſtantia, & Accidens non conueniant in ratione eſsendi in alio, hoc vel illo modo, non verò in ratione eſsendi in alio præcisè.

Arguunt ſecundò. adhoc vt Genus ſit verum Genus debent Inferiora conuenire Vniuocè ſed Prædicabilia non conueniunt Vniuocè, cum ex his aliquod ſit commune, vt genus, aliquod

parti-

particulare, vt differentia aliquod adæquatum, vt ſpecies, aliquod inadæquatum, vt proprium ergò.

Reſponſio communis eſt, quod differant prædicabilia in ratione naturę, non in ratione ſecundæ intentionis, quatenus conueniunt in ratione Prædicabilis vt ſic, non in ratione talis prædicabilis, ſed quia hæc reſponſio patitur manifeſtam inſtantiam in eo, quod natura prædicabilium eſt ipſiſſima ſecunda intentio, quia ſecunda intentio eſt ipſorum eſſentia, & ſic etiam ipſorum natura, ex quo deducitur, quod ſi differunt in ratione naturæ, differant etiam in ratione ſecundæ intentionis, ideò.

Reſpondeo differentias non deſtruere Vniuocationem, niſi quando imbibuntur formaliter in ratione ſuperiori, cùm autem illi diuerſi modi in Obiectione aſſignati formaliter non imbibantur in Vniuerſali Logico vt ſic, cum iſtud ſumptum in ratione communi præſcindat ab hoc, & ab illo modo eſſendi, & prædicandi ideò &c.

Ar-

Arguunt tertiò. Vniuerſale Logicum vt ſic ſi eſſet genus deberet eſſe vnum ex illis generibus, quæ ſunt ſub genere primo Prædicabili, ſed hoc eſt abſurdum, quia ſuperius contineretur ſub ſuo Inferiori, ergo. hoc argumentum plurimos torquet.

Reſpondent aliqui, ſuperius poſſe per accidens contineri ſub Inferiori quatenus hoc totum proueniret tantum ad libitum Intellectus. ſed Contrà in primis cum per me Vniuerſale Logicum non tantum dicat poſſe prædicari, ſed etiam poſſe eſſe, ideò non prouenit tantum ad libitum Intellectus, qui habet quidem directum Dominiũ ſupra poſse prædicari, non ſupra poſſe eſſe. ſecundò etiam ſi Vniuerſale eſſet ad libitum Intellectus, non eſt tamen per modum entis rationis, cum habeat ſuum fundamentum a parte rei, ſicuti ergo eſſet ens fictitium, quod totum contineretur in parte, etiam per accidens, & quod octo contineantur in duobus etiam per accidens, ita eſſet ens fictitium, quod ſuperius contineat

tineatur ſub inferiori, etiam per accidens.

Reſpondeo ergo Vniuerſale Logicum vt ſic non eſſe primum prædicabile, ſed aliud continens ipſum primum Prædicabile, & alia ſimul, eo modo quo ens vt ſic non eſt prima differentia, nempè Aſseitas, ſed aliquod continens ipſam Aſseitatem, ſimul cum alijs defferentijs.

Quod ſi tibi diſpliceat hęc reſponſio, habe hanc aliam etiam ſi Genus primũ prædicabile contineret Vniuerſale Logicum vt ſic contineret ipſum ſecundum portionem ſibi correſpondentem, non ſecundùm portionem correſpondentem alijs prædicabilibus, Vniuerſale autem Logicum vt ſic ſecundum illam portionem, quæ tantum correſpondet Generi primo prædicabili non eſt quid ſuperius ad primum prædicabile, adeòque optimè poterit contineri ſub illo.

Inſtabis contra primam Reſponſionem. ſpecies, quæ eſt ſecundum prædicabile continet omnes ſpecies, ergo

Ge-

Genus, quod eſt primum prædicabile continet omnia genera, ſicque continet etiam Vniuerſale Logicum vt ſic. ſed Contra in primis videbimus inferius, ſpeciem quæ eſt ſecundum prædicabile non continere ſpeciem ſubalternam, ſecundò. ratio diſparitatis eſt quia non datur aliqua ſpecies, quæ contineat omnia prædicabilia ſicuti probatum eſt, dari aliquod Genus, ideò non eſt mirum, quod cum non detur alia ſpecies continens omnes ſpecies, dicantur contentæ ſub ſecundò prædicabili.

DIFFICVLTAS VII.

An Vniuerſale Logicum benè diuidatur in quinquè prædicabilia.

CONcluſio. Vulgata diuiſio in quinque prædicabilia, nempè in Genus, ſpeciem, differentiam, Proprium, & Accidens non continet omnia Prædicabilia. poteſt tamen admitti propter Auctoritatem.

Pro-

Probatur, quia inter ea, quæ poſſunt prædicari datur etiam Indiuiduatio vt ſic, quæ poteſt prædicari de hoc, & illo Indiuiduo, vt inferius probabo, ergo, cum Indiuiduatio vt ſic non contineatur in iſta diuiſione, in ipſa non continentur omnia prædicabilia.

Dices primò Indiuiduationem contineri ſub ſpecie, quia etiam ſpecies prædicatur de pluribus differentibus numero, ſicuti Indiuiduatio vt ſic. hoc inuentum plura inuoluit, quæ debent diligenter diſcutiſi.

Diſplicet in primis manifeſta illa falſitas, quæ dicit Indiuiduationem prædicari de pluribus differentibus tantum numero, nam Indiuiduatio vt ſic prædicatur etiam de Indiuiduo Hominis, & Indiuiduo Leonis, quæ differunt ſpecie, imò de Indiuiduo Hominis, & Indiuiduo lapidis, quæ differunt genere.

Secundò diſplicet id, quod infertur nempè, quod ſi continetur in ſpecie non conſtituat nouum prædicabile, diſtinctum ab ipſa ſpecie, nam vellem

ſcire

ſcire ab Aduerſarijs an Genus, & differentia ſint duo prædicabilia diſtincta, & tamen minimus ſummuliſta non ignorat, Genus, & differentiam in ſpecie contineri.

Tertiò diſplicet id, quod dicitur nempè Indiuiduationem prædicari ſicut Prædicatur ſpecies, nam Indiuiduatio prædicatur per modum incomunicabilitatis; ſpecies per modum naturæ; Indiuiduatio per modum vltimæ differentiæ, infra quam nulla alia differentia datur diſtinguens hoc ab illo, ſpecies autem per modum prædicati, infra quod aliud datur, nempè Indiuiduatio.

Dices ſecundò in prędicabilibus numerari tantum ea, quæ ſunt eſſentialia, Indiuiduatio autem eſt accidentalis quia non eſt de neceſſitate hominis, quod ſit hic Homo. Veh Logico conſideranti rem in corticè. nam licet Indiuiduatio poſſit dici accidentalis reſpectu Hominis vt ſic, non tamen eſt accidentalis reſpectu Hominis talis. eo modo, quo albedo eſt quidem acciden-

talis

talis reſpectu parietis vt ſic, non tamen reſpectu parietis albi.

Deindè non puto, quod Aduerſarij negabunt inter reliqua prædicabilia eſſe admittendum quintum, nempè Accidens; vndè ſtatim arguo ſic. licet quintũ prædicabile ſit accidentale, tamen per Auctores oppoſitæ ſententiæ numeratur inter prædicabilia, ergo licet concederemus ad liberalitatem, quod Indiuiduatio vt ſic eſſet accidentalis, tamen adhuc poſſet poni inter reliqua Prædicabilia. diſparitatem per ſex annos quæſiui, ſed fruſtra laboraui, & nihil cæpi.

Arguunt primò. non debemus ſine neceſſitate recedere a communi diuiſione, ſed nulla apparet neceſſitas recedendi ab hac diuiſione communi, ergò. ſic pro ſe ipſa arguit Veneranda Antiquitas.

Reſpondeo in primis; probationem ſupra poſitam, cum reſponſione ad id, quod reſpondebatur valdè accedere ad probandum neceſſariò, bonam non eſſe hanc diuiſionem, vel ſaltem expe-

ctabo

ctabo aliquem, qui oppoſitum contra me demonſtret; ſecundò dicas non ſolum propter neceſſitatem, ſed etiam propter congruentiam nos poſſe recedere a veteri diuiſione; ſecus nos non debuiſſemus recedere a veteri lege Hebræorum, quia nulla fuit neceſſitas ſed tantum maior congruentia, quod Deus dederit legem ab illa diuerſam.

Arguunt ſecundò. ſufficit diuiſio in ſubſtantiam, & Accidens, ergo non ſolum non eſt admittenda diuiſio in ſex prædicabilia ſed neque in quinque. Benedictus Deus, qui cauſam mihi propriam fæcit communem & alijs.

Reſpondeo quantum ad rem confuſè explicandam, ſufficere diuiſionem in ſubſtantiam, & Accidens, non quantum ad claritatem rei; ſicuti etiam ſufficeret quantum ad rem vtcumque ſubſtantia, & Accidens ad diuiſionem entis, non verò ad claram explicationem.

Arguunt tertiò. Genus, & differentia continentur in ſpecie, ergo non conſtituunt duo diuerſa prædicabilia,

ac conſtituat ſpecies, ſicque non ſunt ſex prædicabilia.

Reſpondeo, quod Genus, & differentia, pro vt ſunt Prædicabilia diſtinguuntur a ſe ipſis, pro vt continentur in ſpecie, nam pro vt continentur in ſpecie ſimul ſumuntur, pro vt conſtituunt duo diſtincta prædicabilia ſeparatim ſumuntur; addo, quod hoc argumentum nobis fauet, ſi enim debet dari diſtinctio aliqua inter continens, & contentum ſequitur, quod ſi Genus, & differentia ſunt duo contenta in ſpecie, debent fundare duo prædicabilia diſtincta ab ipſa ſpecie continente.

Inſtabis. Genus, & differentia, pro vt continentur in ſpecie ſunt partes ſpeciei; pro vt conſtituunt duo prædicabilia ſunt pariter partes, cum prædicentur in quid incompletè, ergo Genus, & Differentia pro vt continentur in ſpecie non diſtinguuntur à ſe ipſis, pro vt conſtituant duo diuerſa prædicabilia. Sed Contra. vtrobique ſunt partes ſed diuerſo modo

do nam pro vt Genus, & differentiæ continentur in ſpecie ſunt partes ſimul ſumptæ; pro vt continentur in peculiaribus Prædicabilibus ſunt partes, ſed vna ab alia ſeparata.

Solent hic Doctores inquirere de prædicatione vniuerſalis, ſed quia res eſt, & ſummuliſtica, & prolixa ſimul ideò ſufficit dare hanc regulam generalem, quod tunc erit bona prædicatio, quando de ſubiecto verificabitur in recto pædicatum.

DIFFICVLTAS VIII.

An genus poſſit definiri, & quid in eius definitione definiatur.

CONcluſio prima. Genus vt formaliter Genus definiri non poteſt.

Probatur. Genus vt formaliter Genus non eſt ſpecies, ergo definiri non poteſt. Conſequentia clarè oſtenditur, quia quidquid definitur, cum conſtet

ſtet genere, & differentia eſt formaliter ſpecies. nec ſatisfacit Serbellonus dicendo, quod Genus; ad hoc vt definiatur ſufficit, quod ſit ſpecies denominatiuè; nam definitio, cum explicet eſſentiam rei, non debet conſtare genere & differentia tantum denominatiuè, ſed eſſentialiter; ſecus poſſemus etiam dicere, quod quando dicimus Homo eſt Animal rationale; definiatur ſpecies tantum denominatiuè.

Dices licet Genus, vt formaliter definitum ſit ſpecies, tamen in ſe non deſinit reſpicere plures ſpecies, ergo in ſe non deſinit reſpicere plura quantum ſufficit adhoc vt ſic Genus: qui ita diſcurrit mecum habet pacem, nam & ego aſſero, Genus ſub aliqua formalitate eſſe Genus, ſed præſens difficultas eſt, an Genus vt formaliter definitum ſit Genus, & è contra.

Probatur ſecundò. Genus vt formaliter Genus nequit eſſe formaliter differentia, ergo Genus vt formaliter Genus nequit definiri. Conſequentia ſic oſtenditur, quia definitio cum nihil ſit

aliud, quam ſua conſtitutiua, ideò definitio nihil aliud eſt, quam Genus, & differentia, ſi ergo non poteſt dici Genus eſt formaliter differentia, neque poterit dici. Genus eſt formaliter definitio; ſicque neque Genus eſt formaliter definitum,

Dices, licet non verificetur, quod obiectum ſit formaliter cognitio, tamen verificatur, quod obiectum ſit formaliter cognitum, ergo etiam, licet non verificetur, quod Genus ſit formaliter definitio, poterit tamen verificari, qnod ſit formaliter definitum, ſed Contrà, diſparitas conſiſtit in hoc, quod inter Regulas definitionis eſt iſta, quod ea omnia, quæ conueniunt definitioni conueniant etiam definito, at inter Regulas cognitionis non eſt iſta, quod ea omnia, quæ conueniunt cognitioni, conueniant etiam obiecto cognito.

Concluſio ſecunda. In definitione Generis (ſuppoſito, quod definiatur) non definitur nec ſola ſecunda intentio, nec ſola natura, ſed vtraquè æquè

primò.

primò. ita Hurtadus diſp. 4. de Genere: Aduerte Genus ſolere definiri. *Vnum prædicabile de pluribus ſpeciebus, in quid incompletè.*

Probant aliqui ex eo, quod nec ſola ſecunda intentio, nec ſola natura eſt prædicabilis; ſed hæc probatio facilè corruit, nam ſi quis reſponderet, quod de Inferioribus ſumptis tantum ſecundum naturam poteſt prædicari ſola natura, & de Inferioribus ſumptis tantum ſecundum operationem Intellectus, poteſt prædicari ſola ſecunda intentio, difficile poſſet conuinci. aliter ergo.

Probatur ſic; quia ex ſupra, dictis Vniuerſale Logicum dicit de ſua primaria eſſentia non ſolum poſſe prædicari, ſed etiam poſſe eſſe, ergo etiam Logicum Genus dicit de ſua primaria eſſentia non ſolum poſſe prædicari, quod ſpectat ad ſecundam intentionem, ſed etiam poſſe eſſe, quod ſpectat ad naturam. Confirmatur Genus Logicum debet dicere ea omnia, de quibus poteſt fieri definitio, diuiſio, de-

monſtratio &c. ergo Genus Logicum debet dicere non ſolum ſecundam intentionem, ſed etiam naturam ſimul. Conſequentia clara eſt, quia tam poteſt definiri ſecunda intentio, quam natura Generis.

Arguunt primò. Contrà primam. Licet Deus ſit quid ſimplicius, & minus compoſitum ex genere, & differentia quam Genus, tamen non ſolum poteſt definiri, ſed de facto definitur, ergò etiam licet Genus non conſtet alio genere, poterit tamen definiri.

Reſpondeo Deum, quando deffinitur habere, & ipſum aliquo modo (nota ly aliquo modò) rationem ſpeciei, quando enim dico *Deus eſt ens a ſe* ly *ens* ſtat loco generis ly *a ſe* loco differentiæ.

Arguunt ſecundò. non obſtante, quod differentia non conſtet alia differentia, tamen nullus dubitat, quod ipſa poſſit definiri, ergo non obſtante, quod Genus non conſtet alio Genere, poterit tamen & ipſum definiri.

Reſpondeo hoc Argumentum face-

ſe duo ſuppoſita falſa; facit ſuppoſitum falſum in Antecedenti, quia falſum eſt, quod differentia quando definitur non conſtet alia differentia; facit item ſuppoſitum falſum in conſequenti, quia falſum eſt, quod Genus quando definitur non conſtet alio genere; directè igitur dico, quod differentia non definitur niſi per modum ſpeciei, ſicuti ſupra dicebamus de Genere, quia & ipſa non definitur niſi conſtet Genere, & differentia.

Arguunt tertiò contra ſecundam. Non definitur in definitione Generis niſi illud, quod ſe habet vt quod, ſed ſecunda intentio ſe habet vt id quo, cum ſit id quo ſit Vniuerſale Logicum, ergo.

Reſpondeo in primis maiorem, ſi ad trutinam reuocetur non eſſe ſemper veram, quia licet forma ſit id, quo perficitur materia, tamen ponitur in definitione compoſiti materialis. deinde facilius poteſt reſponderi, ſecundam intentionem, pro vt eſt actus conſtruens Vniuerſale eſſe, id quo, pro vt

eſt & ipſa intrinſeca, & eſſentialis Vniuerſali, eſſe id quod.

Arguunt quartò. agregatum per accidens non definitur in definitione Generis, ſed ſi definiretur natura, cum ſecúnda intentione definiretur agregatum per accidens, ergo non poteſt definiri natura cum ſecunda intentione; Min. Explicatur. quia agregatum ex ſubſtantia, & Accidente, eſt agregatum per accidens cum autem natura v. g. Animalis, ſit ſubſtantia, & ſecunda intentio ſit accidens, quia eſt ad libitum Intellectus, ideò ſequitur &c.

Reſpondeo in primis, hoc argumento magis torqueri illos, qui dicunt definiri naturam in recto, cum ſecunda intentione in obliquo. quia magis ſunt diſcordes inter ſe natura in recto, & ſecunda intentio in obliquo, quam natura, & ſecunda intentio ambæ importatæ in recto, ergo eſt magis agregatum per accidens natura in recto & ſecunda intentio in obliquo quam &c.

Reſpondeo ſecundò. agregatum ex natura,

natura, & ſecunda intentione eſſe, agregatum ex ſubſtantia, & accidente phyſicè conſiderato non Logicè. ſecunda intentio phyſicè eſt Accidens, quia non eſt ſubſtantia phyſica, ſed qualitas intentionalis, at non eſt Accidens Logicum, quia accidens logicum eſt illud, quod poteſt eſſe & non eſſe ſtante re, cui inhærebat, at ſecunda intentio non poteſt ſeparari ab Vniuerſali Logico, ſtante integro Vniuerſali Logico.

Inſtabis. Duæ ſubſtantiæ Phyſicæ faciunt vnum per accidens, vt patet ſi ſimul vnirentur ſubſtantia lapidis, & ſubſtantia ferri, ergo multo magis facient agregatum per accidens ſubſtantia phyſica, & Accidens intentionale ſed C. in primis Antecedens in Phyſicis a me negabitur, vbi ſuſtinebitur, duas ſubſtantias, etiam ſi non vniantur per modum materiæ, & formæ facere ſemper vnum per ſe; deinde ſufficiens diſparitas eſt, quia deſtructa ſubſtantia lapidis, non per hoc deſtruetur illud ſubiectum, in

quo eſt alia forma ferri, ſi tamen deſtruatur ſecunda intentio, deſtruitur Vniuerſale Logicum.

Arguit Spinula. ſecunda intentio nullo modo eſt prædicabilis de Inferioribus, ergo nullo modo eſt Vniuerſalis A. Probatur quia illud tantum eſt prædicabile, quod aliquo modo ineſt ſed mea ſecunda intentio nullo modo ineſt Animali, quod ego conſtituo Vniuerſale, ergo.

Reſpondeo hanc difficultatem eſſe communem etiam Theologis, qui ſuſtinent, reuelationem eſſe de eſſentia miſterij fidei, nec tamen poteſt dici hæc propoſitio. *Miſterium fidei eſt reuelatio*, & ſic reuelatio non poteſt prædicari in recto de miſterio fidei, ſicuti ergo ibi dicitur, quod reuelatio non poteſt in abſtracto prædicari de miſterio fidei, bene autem in concreto, & ſic poteſt *dici hoc miſterium eſt reuelatum* ita dicitur quod, licet ſecunda intentio in abſtracto non poſſit prædicari, quatenus non valet dici *Homo vt ſic eſt præciſio* poteſt tamen præ-

prædicari in concreto dicendo *Homo vt ſic eſt præciſus*, & in hoc ſenſu melius ſuſtinetur, quomodo ſecunda intentio etiam ipſa in aliquo ſenſu prædicetur in recto, & vt quod. nam quod poſſit prædicari vt quo, & in obliquo, quidquid dicat Spinula, ferè certum eſt.

Ad illud, quod idem Auctor dicit præciſionem non ineſse ipſi vniuerſali, facilè reſpondetur, quod præciſio, ſeù ſecunda intentio actiuè ſumpta non inhæret vniuerſali, ſed Intellectui, bene autem inhæret paſſiuè, & terminatiuè ſumpta.

Poſt hæc ſcripta. ſic mecum argumentatus ſum licet ſit de eſsentia Sacramenti, quod ſit ſignum ſenſibile, tamen Sacramentum Pænitentiæ non eſt ſenſibile quo ad omnes ſuas partes, ſaltem immediatè cum dolor internus non ſit per ſe ſenſibilis; ergo etiam licet eſse prædicabile ſit de eſsentia Generis logici, non tamen eſt de eius eſsentia eſse immediatè, & vt quod prædicabile, quo ad omnes ſuas formali-

malitates, ſed ſufficit eſse, quo ad aliquam tantum, nempè quo ad naturam.

Quæres hic an Genus ſit prædicabile vt totum, vel vt pars.

Reſpondetur cum diſtinctione. vel enim comparatur ad ſpecies diuerſas quas continet, & tunc eſt prædicabile vt totum, quatenus ſpecies contentæ ſe habent veluti partes, vel comparatur ad illam ſpeciem, quam cum differentia conſtituit, & tunc eſt pars, quia Animal e. g. non eſt totum id, quod eſt in homine, cum præter Animal inueniatur in homine rationale.

DIFFICVLTAS IX.

An Genus poſſit ſaluari in vnica ſpecie.

COnclusio prima. data vnica tantum ſpecie actuali, reliquis poſſibilibus, in ipſa ſaluaretur Genus.

Probatur dato vnico tantum effectu actuali, reliquis poſſibilibus ſalvaretur

uaretur cauſa vniuerſalis Phyſica, ergò data vnica tantum ſpecie actuali, reliquis poſſibilibus, ſaluaretur vniuerſale Logicum. Confirmatur argumento communi, ſed meo videri efficaci. datis reliquis ſpeciebus poſſibilibus, adhuc ſpecies eſsent ſubijcibiles, ergo adhuc Genus eſset prædicabile; ſicque verum Genus Conſequentia clara eſt quia ſubijcibile, & prædicabile dicunt ad inuicem neceſsariam relationem, eo modo, quo producibile, & productiuum.

Concluſio ſecunda. Impoſſibilitatis reliquis ſpeciebus, in ſolo Homine ſaluaretur verum Genus; eſt ſceti, & aliorum.

Omitto probationes illas conſuetas conſiſtentes. primo in eo quod adhuc Homo eſset definibilis, & ſic deberet conſtare genere. ſecundo quod adhuc Animal eſset quid contrahibile, tertiò, quia adhuc ſaluaretur vera ratio ſpeciei, nam iſtæ rationes, vt potè ſæpius decantatæ, ſæpius etiam fuerunt ſolutæ.

Probatur igitur alia via ſic. ſi darentur duæ tantum ſpecies v. g. Leo, & Canis, poſset per Aduerſarios ſaluari Genus in ipſis, ergo etiam ſi daretur tantum homo ſaluaretur Genus tantum in ipſo, Probo Conſequentiam, Homo æquiualenter continet perfectionem non ſolum duarum ſpecierum, ſed plurium, ergo ſi in duabus ſpeciebus ſaluaretur ratio generis, etiam in Homine æquiualente pluribus ſpeciebus ſaluaretur &c. Confirmatur a paritate, quia corpus per replicationem fit æquiualenter duplex, poteſt facere illos effectus quos facerent duo corpora realiter diſtincta, vt in Phyſicis dicam, ergo quia Homo ratione ſuæ perfectionis eſt æquiualenter multiplex, poteſt facere id, quod facerent duæ ſpecies, & ſic ſufficienter ſaluare Genus.

Dices primò. Genus non ſufficienter ſaluatur in pluribus ſpeciebus ęquiualenter, ſed in pluribus ſpeciebus formaliter cum definitiones debeant intelligi in ſenſu formali. ſed Contra Antecedens

recedens gratis aſſeritur, vndè ad hominem arguo ſic; quia in definitione non ponitur, quod ſpecies debeant eſſe actuales, ideò per Aduerſarios ſufficiunt ſpecies poſſibiles ad ſaluandum Genus, ergo etiam, quia in definitione non ponitur, quod ſpecies debeant eſſe formaliter plures, & diſtinctæ, ideo ſufficiet pluralitas virtualis. ad id quod additur de definitione dico, non ſemper eſſe verum. ſi enim quis definiendo ſolem, diceret *ſol eſt ſubſtantia lucida* certè ly *lucidum* non deberet intelligi in ſenſu formali, ſed eminenti.

Dices ſecundò, probationem ſupra poſitam tantum euincere, quod Genus ſaluari poſſit in vnica ſpecie adeò perfecta, vt poſſit pluribus æquiualere, non ſic in alia ſpecie, quæ pluribus non æquiualeat; ſed Contra in primis cum mea Concluſio ſit affirmatiua, ſufficit, quod Genus in aliqua ſpecie poſſit ſaluari ad verificandam Concluſionem. deindè non eſt Creatura ita minima, vt ſaltem duabus ſpeciebus non æquiualeat, quod ſic oſtendo.

Quæ-

Quælibet Creatura, & ſi minima, vel erit accidens, vel erit ſubſtantia hoc ſuppoſito. hæc Creatura & ſi minima admittet duplicem definitionem, vnam ex ente & ſubſtantia, primo tamquam genere ſecunda tamquam differentia, (vel ſi erit accidens ſtabit pro differentia) aliam definitionem ex ſubſtantia, & proprio prædicato ſpecificatiuo. ecce ſi habet duplicem definitionem, habet etiam duplicem ſpeciem ſaltem æquiualenter.

Arguunt primò. contra primam. quando definitur Genus, definitur Genus actuale, ergo etiam ad ipſum ſaluandum requiruntur omnes ſpecies actuales, nec ſufficiunt poſſibiles.

Reſpondeo quidquid ſit de Antecedenti, quod poſſet negari, nego Conſequentiam, nam etiam quando definio Omnipotentiam, definio aliquid actuale, & tamen termini Omnipotentiæ, qui reſpectu ipſius ſe habent ſicut ſpecies ad Genus, non ſunt omnes actuales.

Arguunt ſecundò ad hoc vt fiat Ge-

nus requiruntur ſpecies actuales, ergo etiam ad hoc vt genus conſeruetur requiruntur ſpecies actuales. Prob. A. ad hoc vt Genus fiat requiritur tamquam fundamentum, quod videantur plures operationes ſimiles in diuerſis ſpeciebus, ſed nequeunt diuerſæ ſpecies operari niſi ſint actuales, ergo.

Reſpondeo, plura requiri, adhoc vt res fiat, quam adhoc, vt facta conſeruetur ſic ad hoc, vt fiat Euchariſtia requiritur intentio miniſtri perficientis, non ſic ad hoc, vt conſeruetur. hoc totum aplico Generi Logico, quod licet ad hoc, vt fiat requirat ſpecies actuales, tamen ad hoc vt iam factum conſeruetur ipſis non indiget. addo quod etiam vnica tantum ſpecies actualis poteſt eſſe fundamentum ſufficiens ad abſtractionem Generis hoc modo videns Intellectus ſenſationem in vno Homine poteſt venire in cognitionem, ſimilem operationem eſſe poſſibilem in alio Animali licet non rationali. hoc cognito facit ſuam abſtractionem Generis.

Ar-

Arguunt tertiò contra ſecundam: Genus non eſt ens Impoſſibile, ergo non poteſt ſaluari in vnica ſpecie reliquis impoſſibilibus. Confirmant. Genus debet eſſe prædicabile de pluribus ſpeciebus, ſed ſi vna excepta, omnes aliæ ſpecies eſſent Impoſſibiles, non eſset prædicabile de pluribus ſpeciebus, ergo.

Reſpondeo, conceſſo Antecedenti nego Conſequentiam; nam ſi ſaluatur non ſaluatur propter illas ſpecies, quæ ſunt Impoſſibiles, ſed propter illam quæ eſt poſſibilis. ad Confirmationem dico, tunc Genus non fore prædicabile de pluribus ſpeciebus formaliter, benè tamen æquiualenter, vt ſupra explicui.

Inſtabis Genus non ſolum debet prædicari de pluribus ſpeciebus, ſed de pluribus ſpeciebus differentibus ſpecie, ſed in tali caſu non poſſet explicari, quomodo in ſolo Homine darentur res ſpecie diuerſæ, niſi dicamus, quod Homo ſit ens rationis. ſed Contra ſicut in Homine propter Equiualentiam

lentium ad plures ſpecies dicimus, dari virtualiter plures ſpecies, ita propter æquiualentiam ad ſpecies diuerſas dicimus, dare virtualiter ſpecies diuerſas: nec per hoc Homo foret ens rationis, ſecus deberemus impingere hanc calumniam Deo, qui æquiualet rebus ne dum ſpecie, ſed genere diuerſis.

Arguunt quartò. tunc Vnus Homo non differret ab alio niſi numericè & hoc etiam in ſenſu æquiualenti, quod ſic probatur. eaſdem virtualitates intrinſecas quas habet Petrus haberet etiam Paulus, ergo Vnus Homo etiam in ſenſu æquiualēti nō differret ab alio niſi numericè, ſicque etiam in ſenſu æquiualenti non darentur plures ſpecies.

Reſpondeo; me nunquam dixiſſe vnum Hominem ab alio differre ſpecie æquiualenter, ſed dixi. potentiam motiuam Huius Hominis differre ſpecie æquiualenti à potentia diſcurſiua eiuſdem Hominis, cum dicant iſtæ duæ potentiæ relationem ad di-

uerſos terminos diuerſitate ſpecifica: nec valet dicere, quod plus diſtinguitur Petrus à Paolo, quam potentia motiua Petri, & potentia diſcurſiua eiuſdem, nam hoc verificatur ſi comparetur potentia motiua Petri ad potentiam diſcurſiuam Pauli, non ſi fiat comparatio duplicis Potentiæ eiuſdem rationis.

Ex hoc deducere potes ſolutionem illius quæſiti, in quo quęritur an quando Genus contrahitur ad aliquam ſpeciem, amittat vniuerſalitatem: reſpondendum enim eſt negatiuè quia, cum illa ſpecies ſit æquiualenter duplex, adhuc verificatur, quod illud Genus contractum ad illam ſpeciem verificetur de pluribus ſaltem æquiualenter, quod ſufficit ad ſaluandam rationem vniuerſalitatis.

DIF-

DIFFICVLTAS X.

An Genus Immediatè poſſit prædicari de Indiuiduis completis.

COncluſio. licet in Indiuiduis completis reperiatur ſpecies, tamen de ipſis immediatè non prædicatur Indiuiduum.

Probant nonulli ex eo, quod Indiuidua non contrahunt totam rationem Genericam, ſed tantum ſpecificam ergo immediatè non ſubijciuntur Generi, ſicquè Genus de ipſis non poteſt immediatè prædicari. ſed hæc ratio præterquam quod laborat in Antecedenti. ſcimus enim, quod omnia Indiuidua Animalis ſorbent totam rationem Animalis? eſt etiam manifeſtè falſa Conſequentia, quæ deducitur, nam nullus negabit, quod Animal prædicetur immediatè de ſpecie hominis, nec tamen ſpecies Hominis ſorbet totam rationem Animalis; & ens immediatè prædicatur

de

de ſubſtantia, licet ſubſtantia non ſorbeat totam rationem entis. addo, quod ſi iſta ratio valeret valeret etiam de Indiuiduis incompletis.

Probatur igitur aliter ſic. licet ſpecies contineatur in Indiuiduo completo, tamen mediat inter Indiuiduum, & Genus, ergo Genus Immediatè prædicabitur de ſpecie, non de Indiuiduo. Probatur Antecedens ex paritate. Licet effectus contineatur in cauſa, tamen cognitio abſtractiua prius attingit effectum, quam cauſam, ergo etiam licet ſpecies contineatur in Indiuiduo completo, tamen genus prius prædicatur de ſpecie quam de Indiuiduo Confirmatur. in ſententia modaliſtarum entitas modalis, quæ eſt inter materiam, & formam recipitur in materia. hoc poſito ſic diſcurro. non obſtante, quod hæc entitas contineatur in materia, tamen mediat inter materiam, & formam, ergo etiam licet ſpecies contineatur in Indiuiduo completo, tamen mediabit inter indiuiduum, & Genus.

Dices

Dices effectus continetur in cauſa per virtutem conſeruatiuam, non per Identitatem, at ſpecies continetur in Indiuiduo completo per tidentitatem; ſicque non poteſt mediare inter Indiuiduum completum, & Genus. Sed Contra. per ipſos Aduerſarios ſpecies identificatur etiam cum Indiuiduo incompleto, cum identitas à nullo poſſit tolli, & tamen hoc non obſtante, Genus non prædicatur immediatè de Indiuiduo incompleto, ergo etiam ſi ſpecies identificetur cum Indiuiduo completo, tamen non ſequitur &c.

Arguunt primò. Species non mediat inter Indiuiduum completum, & Genus ergo Genus non prædicabitur immediatè de ſpecie, ſed de Indiuiduo. Completo. Antecedens ſic oſtenditur quod continetur in vno ex extremis non mediat inter duo extrema, ſed ſpecies continetur in Indiuiduo completo, ergo.

Reſpondeo nego Antecedens; propter clariſſimam doctrinam ſupra

alatam,

ſlatam, & ſi vis nouum Exemplum, ecce amor Dei continet in ſe virtuale propoſitum non peccandi, & tamen non eſt neceſse, quod qui elicit actum amoris Dei elìciat etiam immediatè propoſitum, ſed ſufficit quod eliciat propoſitum indirectè, & mediatè. aplica hoc totum noſtro caſui. etiam ſi vnum contineatur in alio non eſt neceſse, quod vtrumque immediatè attingatur.

Arguunt ſecundò. Species non poteſt mediare inter Genus, & ſe ipſam, ſed ſi mediaret inter Genus, & Indiuiduum completum mediaret inter Genus, & ſe ipſam, cum ipſa contineatur in Indiuiduo completo, ergo.

Reſpondeo, hoc idem Argumentum poſſe retorqueri in Exemplo de cauſa, & effectu ſupra adducto: directè tamen dico, ſpeciem ſub diuerſa formalitate poſse mediare inter Genus, & ſe ipſam eo modo, quo idem calor mediat inter agens, & ſe ipſum

vt introducendum cum forma ad quam diſponit.

Inſtabis primo. ergo ſaltem Genus poterit prædicari de ſpecie, vt formaliter contenta, ſi non vt de ſpecie formaliter mediante, ſicque etiam de Indiuiduo completo, ſi non propter ſpeciem formaliter mediantem, ſaltem propter ſpeciem formaliter contentam, ſed Contra falſum eſt Antecedens. nam Genus immediatè prædicatur de illo, quod immediatè illi ſubijcitur, & quia antequam inueniat ſpeciem vt formaliter contentam, inuenit ipſam vt formaliter mediantem, ideo prius de ipſa vt formaliter mediante, quam de ipſa vt formaliter contenta debet prædicari.

Inſtabis ſecundò. licet ſpecies ſub ratione mediantis ſit media, non tamen eſt media ſub eadem ratione ſpeciei vt contentæ ſed ſub ratione diuerſa. hoc poſito ſic argues. ſub ratione contenti nihil mediat inter Genus, & Indiuiduum completum, ergò ſaltem ſub hac ratione poterit immediate

præ-

prædicari ſed Contra in primis retorqueo argumentum. inter Concluſionem & maiorem nihil mediat ſub ratione Concluſionis, ergo Concluſio erit immediatè anexa maiori? quis hoc deglutiet. directè igitur dico, tolli immediationem, etiam ſi id, quod mediat ſit diuerſæ rationis vt patet in igne exiſtente in alio cubiculo, licet medium, quod me diſcontinuat ab ipſo ſit diuerſæ rationis & a me, & ab igne, quia hoc medium eſt paries.

Arguunt tertiò. quando video a longè aliquod Animal, nec tamen ſcio quodnam Animal ſit. tunc dico *illud eſt Animal* ergo tunc Genus immediatè prædicatur de Indiuiduo.

Reſpondet Serbellonus tunc ly *Animal* habere rationem ſpeciei ſaltem in confuſo, ſed quia vt benè contra ipſum vrget Hurtadus, cum non poſſit videri, quod potius ſit proprietas equi, quam Bouis ideò dificilè eſt de illo Animali aſſerere ſpeciem, nec valet id, quod addit, hanc ſpeciem ſcilicet prędicari in confuſo, nam etiam Ge-

nus continet in confuſo ſpecies vt patet; igitur prædicari ſpeciem in Confuſo eſt idem, quoad rem, ac prædicari Genus.

Reſpondeo, tunc Animal habere rationem Generis, ſed adhuc in illo Animali dari rationem ſpeciei; adeòque ipſam immediatè attingere, & de ipſa immediatè prædicari, vnde iſta propoſitio. *Illud eſt Aliquod Animal*: eſt eadem cum hac alia: *illa ſpecies contenta in illo Indiuiduo eſt Animal*.

Inſtabis. debet dari aliqua differentia inter Animal, quod prædicetur de quatuor Indiuiduis a longe viſis, & inter Animal, quod prædicetur de Vnico tantùm Indiuiduo a longè viſo, ſed in primo caſu Animal prædicaretur de ſpecie, ergo in ſecundò prædicatur tantum de Indiuiduo. ſed Contra. differentia eſt hæc; quod in primo caſu Genus prædicatur de ſpecie diuiſa in quatuor Indiuidua, in ſecundò de ſpecie magis reſtricta. cæterum in vtroque caſu Genus prædicatur primariò, & immediate de ſpecie.

Arguunt quartò. ſpecies immediatè prædicatur de Indiuiduis, ergo etiã Genus, quia æquè primò Petrus eſt Homo, ac ſit Animal, & æquè primò ſimilis eſt Generi, ac ſpeciei.

Reſpondeo conceſſo Antecedenti, nego Conſequentiam, nam licet in ratione rei Petrus ſit ęquè primò Homo, ac ſit Animal, non ſic tamen in ratione ſubijcibilitatis.

DIFFICVSTAS XI.

Quid ſit ſpecies, & ſub qua ratione ſit Vniuerſalis.

Conclusio prima. Species benè definitur, Vnum Prædicabile de pluribus differentibus numero, in quid completè. hæc definitio nullam patitur difficultatem explicatis terminis.

Concluſio ſecunda. ſpecies vt ſubijcibilis in aliquo ſenſu poteſt dici Vniuerſalis. aduerte, quod ſpecies vt ſubijcibilis eſt illa, quæ ſubijcitur Generi, ſpecies autem vt prædicabilis eſt illa, quæ

quæ reſpicit plura Indiuidua, de quibus poteſt prædicari.

Probatur. Species vt ſubijcibilis, & vt reſpiciens Genus reſpicit vnum formaliter, ſed plura æquiualenter; cum Genus æquiualeat pluribus, ergo ſpecies, etiam vt ſubijcibilis eſt Vniuerſalis. Conſequentia oſtenditur. ex eo, quod ſpecies Hominis æquiualeat pluribus, Genus ipſam reſpiciens eſt ſufficienter Vniuerſale, vt ſupra probauimus, ergo etiam quia Genus, licet vnum formaliter, æquiualet pluribus ſpecies ipſum reſpiciens erit ſufficienter &c. Confir. ſunt veræ omnes iſtæ propoſitiones. *Homo eſt ſpecies ſubijcibilis; Leo eſt ſpecies ſubijcibilis. Canis eſt ſpecies ſubijcibilis.* ergo ſpecies ſubijcibilis poteſt verificari de pluribus, ſicque eſſe Vniuerſalis.

Probatur ſecundò. Homo vt ſubijcibilis reſpicit plura genera; nam Homo vt ſubijcibilis reſpicit ens, ſubſtantiam; ſpiritualitatem, quæ omnia ſunt prædicata Generica reſpectu Hominis, ergo Homo vt ſubijcibilis reſpicit

plura ſicque eſt Vniuerſale. Confirmatur. in Phyſicis præter cauſam Vniuerſalem actiuam admittimus aliã Vniuerſalem paſſiuam, nempè materiam, ergo etiam in Logicis præter Vniuerſale actiuum nempè prædicabile, debemus admittere aliud Vniuerſale paſſiuum nempè ſubijcibile. Hoc argumentum per multos annos me torſit, & gratias agam, ſi aliquis me docebit diſparitatem.

Arguunt primò contra primam. Illa definitio non includit ſpeciem ſubalternam, ergo non includit omnes ſpecies ſicque non eſt bona.

Reſpondeo, me iam ſupra dixiſſe ſpeciem ſubalternam rigoroſè ſpeciem non eſſe, ſed Genus, tum quia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ſicuti Genus, tum quia ſenſibile non prædicatur vt tota eſſentia Hominis, cum Homo præter ſenſibilitatem admittat aliquid aliud.

Arguunt ſecundò. ſpecies non poteſt eſſe tota eſſentia ſubiecti, ergo non benè dicitur, quod prædicetur in quid

completè. Antecedens oſtenditur, quia præter ſpeciem ſubiectum dicit etiam proprium, differentiam &c.

Reſpondeo negando Antecedens, ad probationem dico, differentiam contineri in ſpecie ſicuti etiam Genus; ad id, quod additur de proprio dicendum eſt, proprium non eſſe primariam eſſentiam, ſed ramum, & proprietatem ab eſſentia emanantem.

Arguunt tertiò contra ſecundam: ſpecies vt ſubijcibilis renuit eſſe prædicabilis, ergo renuit eſſe Vniuerſalis. Antecedens eſt clarum. quia quandò reduplicamus Vnum conceptum excludimus alium Confirmant. quia ſpecies, vt ſubijcibilis reſpicit tantum vnum, nempè Genus, per conſequens non poteſt eſſe Vniuerſalis.

Reſpondeo, prædicabilitatem actiuam ad ſummum renui a ſpecie vt ſubijcibili, non ſic prædicabilitatem paſſiuam, eo modo, quo ratio principij actiui ad ſummum renuitur a materia, quæ phyſicè eſt ſubijcibilis omnibus formis, non ſic ratio principij

paſſiui. ad Confirmationem ſunt mille reſpondendi artes, vel enim negatur abſolutè Antecedens cum ſupra vidi-rimus ſpeciem ſubijcibilem reſpicere plura genera, vel eſt diſtinguendum de vno formali, & ſic concedendum, de vno virtuali,& ſic negandum.

Arguunt quartò: ſpecies non magis latè patet, quam Genus,ergo reſpectu Generis non poteſt eſſe Vniuerſalis, cum Vniuerſale debeat magis latè patere, quam Inferiora. Hoc argumentum apud multos habet vim, ſed quia latet anguis in huba, ideò

Reſpondeo, quod ſi ſumatur Vniuerſale in ordine ad omnia Inferiora, collectiuè ſumpta tunc eſt falſum,quod Vniuerſale debeat magis latè patere, quam Inferiora, quia Vniuerſale vltra ſua Inferiora collectiuè ſumpta extendi non poteſt;ſi ſumatur Vniuerſale in ordine ad aliquod tantum inferius, tunc dico, quod ſpecies vt formaliter ſubijcibilis comparata ad vnicum tantum Genus magis latè patet in hoc ſenſu, quia vltra ſubijcibilitatem,

quam

quàm homo habet reſpectu Animalis, habet & aliam reſpectu entis, reſpectu ſubſtantiæ &c.

Quod ſi hæc reſponſio non arridet, dicas, non eſſe mirum, quod Vniuerſalitas paſſiua non magis latè pateat, quam ſua Inferiora, cum enim maioris excellentiæ ſit Vniuerſalitas actiua, quam paſſiua ideò poteſt in hoc prædicato maioris latitudinis vna aliam excedere, ſicuti excedit in alijs.

Arguunt quintò: data noſtra ſententia deberemus multiplicare prædicabilia, quia deberemus ponere etiam ſpeciem vt ſubijcibilem.

Reſpondeo, Prædicabilia debere multiplicari tantum ad multiplicationem primarij, nempè prædicabilitatis actiuæ, non verò ad multiplicationem alterius ſecundarij, nempè ſubijcibilitatis, quæ reſpectu prædicabilitatis actiuæ ſe habet vt quid ſecundarium.

Arguunt ſextò: in eadem ſpecie Vniuerſali non poteſt dari duplex forma; ergo in eadem ſpecie Vniuerſali non poteſt ſaluari prædicabilitas & ſu-

bijcibilitas, ſicque non poteſt ſubijcibilitas eſſe Vniuerſalis.

Reſpondeo in primis in ſententia Aduerſariorum poſſe ſic retorqueri argumentum. magis pugnant prædicabilitas vniuerſalis, & ſubijcibilitas non vniuerſalis, quam prædicabilitas, & ſubijcibilitas ambæ vniuerſales, ergo ſi per aduerſarios poſſunt in eadem ſpecie ſtare prædicabilitas vniuerſalis, & ſubijcibilitas non vniuerſalis, poterunt etiam &c. Directè tamen dico, implicare ad ſummum duas formas realiter diſtinctas in eodem ſubiecto, non ſic duas formas diſtinctas tantum virtualiter.

DIFFICVLTAS XII.

An ſpecies ſaluari poſſit in vnico Indiuiduo.

CONcluſio. Dicendum eſt de ſpecie reſpectu Indiuidui, ſicuti dictum fuit de Genere reſpectu ſpeciei. eſt Thomiſtarum.

Funda-

Fundamentum Thomiſticum eſt, quia dato vnico Indiuiduo Reali, adhuc poſſent fingi alia Indiuidua, per conſequens adhuc ſpecies poſſet de pluribus prædicari. ſed Contra in primis hoc fundamentum fugit difficultatem, nam poſito, quod plura Indiuidua ficta eſſent ſufficientia ad rationem ſpeciei; tunc quærere, an ſpecies ſaluari poſſit in vnico Indiuiduo, eſt idem ac quærere, an ſpecies ſaluari poſſit in pluribus Indiuiduis ſufficientibus ad ſaluandam ſpeciem, de qua propoſitione nullus dubitat. ſecundò quia ſpecies ita abſtrahitur a pluribus, vt ipſa ſupponat a parte rei cum fundamentum abſtractionis ſit a parte rei, ergo cum Indiuidua ficta non ſupponantur vnquam fuiſſe a parte rei, non poterit ſpecies Vniuerſalis ab ipſis abſtrahi.

Probatur igitur alio modo ſic. Ideò Genus poteſt ſaluari in vnica ſpecie, quia illa ſpecies eſt æquiualenter multiplex, ſed etiam Indiuiduum eſset æquiualenter multiplex, cum enim

Petrus haberet plures effectus Indiuiduales, ideo virtualiter eſt multiplex Indiuiduum ergo &c. Confirmatur adhuc Petrus tunc differret numero ab Indiuiduo Leonis, ergo, dum ſpecies prædicaretur de diuerſis virtualitatibus, quæ ſunt in Petro Prædicaretur de differentibus numero, ſicque eſſet vera ſpecies.

Obijcies. Ideò vnica tantum ſpecies poteſt eſse virtualiter multiplex, quia cum ſpecies non ſit infima differentia, ideò poteſt vlterius diuidi in plures ſpecies virtualiter diſtinctas, ſed Indiuiduatio, cum ſit infima differentia, infrà quam alia non eſt dabilis; ideò vlterius neque virtualiter poterit diuidi.

Reſpondeo, tam eſſe vltimam in ſua linea ſpeciem, quam eſse vltimam in ſua linea Indiuiduationem. ideo ſi non obſtante vltimitate ſpeciei poteſt illa diuidi in plures ſpecies virtuales, ita &c. addo, quod ſicuti ſpecies poteſt æquiualere rebus diuerſi generis, licet Genus ſit ſupra ſpeciem, vt patet in homine, qui æquiualet plantis ita Indi-

uiduum

uiduum poterit æquiualere rebus diuerſæ ſpeciei, etiam ſi ſpecies ſit ſupra Indiuiduum.

DIFFICVLTAS XIII.

An Indiuiduum Vagum ſit Vniuerſale.

CONcluſio. Indiuiduum vagum eſt ſufficientiſſimè Vniuerſale.

Probant aliqui ex eo, quod Indiuiduum vagum nulli ſit determinatè aplicatum, & per conſequens ſit adhuc indifferens ad hoc vt aplicetur huic, vel illi: ſed hæc probatio non ſolum facilimè ſoluitur dicendo, illam Vniuerſalitatem eſſe merè negatiuam, quatenus conſiſtit in mera negatione determinationis ad particulare; ſed etiam ſi aliquid probaret, probaret etiam, quamlibet cauſam ante operationem fore cauſam Vniuerſalem, quia ante operationem eſt indifferens ad operandum hoc, vel illo tempore, in hoc, vel illo loco, quod Aduerſarij non ità facilè concedent.

Probatur igitur aliter *ſic*. In Indiuiduo determinato vt ſupra diximus ſufficienter ſaluatur ratio Vniuerſalis; ergo multo magis in Indiuiduo vago; Probatur Conſequentia. magis accedit ad Vniuerſale id, quod minus diſcernitur quam id quod magis diſcernitur, ergo ſi in Indiuiduo determinato, quod magis diſcernitur ſaluatur ratio Vniuerſalis, etiam &c. Confirmatur. per ipſos Aduerſarios in duobus Indiuiduis determinatis poteſt ſaluari vera ratio Vniuerſalis, ergo etiam in Indiuiduo Vago; Probo Conſequentiam, magis ſe extendit hic terminus *aliquis Homo*, qui diſiunctiuè poteſt aplicari mille Hominibus, quam ſe extendant Petrus, & Paulus. ergo ſi in Petro, & Paulo ſufficienter ſaluatur ratio Vniuerſalis, multò magis &c.

Arguunt primò. Vniuerſale debet eſse Vnum, & multiplex, ſed de Indiuiduo Vago non poteſt verificari, quod ſit multiplex ergo. Minor oſtenditur quia hic terminus *Aliquis currit* non poteſt verificari niſi de vno.

Reſpondeo, Vniuerſale debere eſſe Vnum, & multiplex, vel Collectiuè vel diſiunctiuè. licet ergo primò modo Indiuiduum vagum non ſit multiplex, eſt tamen multiplex ſecundò modo, quod ſufficit ad Vniuerſale addo; quod aliquandò hic terminus *Aliquis currit* poteſt in re pluribus aplicari, vt ſi dicerem hunc terminum, quando audirem plures in Platea currentes.

Inſtabis contra hoc vltimum, ex ſuppoſitione, quod plures audiam in via currentes potius tunc eſſent plura Indiuidua vaga, quam vnum Indiuiduum Vagum, & ſic eſſemus extra quæſtionem. ſed Contra vel Aduerſarij negant Vniuerſalitatem Indiuiduo Vago quia vnum eſt, vel quia vagum eſt non primum; quia iam ſupra probaui, in vnico Indiuiduo poſſe ſaluari rationem ſpeciei; ſi ſecundum. ſic arguo. ratio Vagi tam militat in pluribus Indiuiduis, quam militet in vno, ergo ſi in pluribus non officit Vniuerſalitati, neque officiet in vno.

Arguunt ſecundò. Vniuerſale debet

bet poſſe prædicari diſiunctiuè & collectiuè ſimul, ſed Vniuerſale conſtitutum ex Indiuiduo Vago non poſſet prædicari collectiuè; ergo.

Reſpondeo ſic retorquendo argumentum. Vniuerſale per Aduerſarios debet poſſe prædicari diſiunctiuè, & collectiuè ſimul ſed Vniuerſale collectiuum, vt formaliter tale, non poteſt prædicari diſiunctiuè, ergo.

Directè igitur Nego Ma. nam ad Vniuerſale ſufficit, quod poſſit prædicari de pluribus, vel formaliter, vel æquiualenter, quod deindè poſſit prædicari vel collectiuè, vel diſiunctiuè hoc impertinenter ſe habet, nam Vniuerſale definitur Vnum, & multiplex, nunquam tamen audiui aliquem addentem definitioni hanc particulam, quod ſcilicet debeat eſſe multiplex collectiuè.

Inſtabis. licet in definitione non ponatur, quod Vniuerſale debeat eſſe Vnum in mente, & multiplex in re, hoc tamen debet intelligi, vt ſuſtinent omnes, ergo etiam licet in definitione

non

non ponatur, quod Vniuerſale debeat eſſe multiplex collectiuè, debet tamen ſic intelligi, quia ſic intelligunt ferè omnes. ſed Contra etiam ſi primum admittatur (quod tamen facilè poſſet negari) tamen cum non militent eædem rationes prò vtroque caſu, ideò &c.

Arguunt tertiò. Inferiora ſunt veluti partes componentes Vniuerſale veluti totum. hoc poſito ſic diſcurritur. partes componentes totum debent poſſe eſſe ſimul cum toto, ſed Inferiora Indiuidui *Vagi* non poſſunt eſſe ſimul, cum nequeant prædicari collectiuè ergo nequeunt ipſum componere tamquam aliquod totum Vniuerſale.

Reſpondeo maiorem eſſe veram de toto collectiuo, non de diſcinctiuo, imò de eſſentia totius diſiunctiui eſt, quod partes non ſtent ſimul, ſed diſiunctiuè.

✠✠✠

DIF-

DIFFICVLTAS XIV.

An ab Indiuiduis ſit abſtrahibilis ratio communis.

Conclusio. ſi ab Indiuiduis non poteſt abſtrahi ratio communis, nulla alia poteſt fieri abſtractio.

Probatur omnes rationes, quæ militant contra Indiuiduationem vt ſic, militant etiam contra alias abſtractiones communes, ergo ſi ab Indiuiduis non poteſt abſtrahi ratio communis, eſt neganda quælibet alia abſtractio. Antecedens longam petit probationem, quia petit, quod omnia argumenta facta contra Indiuiduationem vt ſic, retorqueantur contra Genus vt ſic, ſpeciem vt ſic &c.

Primum Argumentum eſt. ſi eſſet abſtrahibilis ratio Indiuiduationis vt ſic ſequeretur, quod conceptus Indiuiduationis, vt ſic eſſet idem cum conceptu ſpeciei, quia tam vnus, quam alter eſſet communis pluribus Indiui-

duis,

duis. ſed Contra. ſi eſſet dabilis Conceptus ſpeciei ſequeretur, quod eſſet idem cum conceptu proprij, cum tam vnus, quam alter ſit Communis pluribus Indiuiduis. ecce quomodo laqueo ſuo capitur hic venator.

Reſponſio directa eſt, quod non eſſet idem conceptus Indiuiduationis vt ſic, & conceptus ſpeciei, quia primus eſſet per modum naturæ, ſecundus per modum incommunicabilitatis, ſeù per modum Indiuiſi in ſe, & diuiſi à quolibet alio.

Secundum Argumentum, eſt quia ſi poſſet dari ratio abſtracta, & communis indiuiduationis procederetur in infinitum, nam data ſemel aſtractione rationis communis, poſſet dari alia abſtractio rationis contractæ, deinde alia abſtractio rationis magis contractæ. Sed Contra. ſi eſſet dabilis conceptus communis Genericus poſſet dari proceſſus in infinitum, nam data ſemel abſtractione Animalis vt ſic, poſſet dari alia abſtractio Animalitatis contractæ, deindè alia

abſtra-

abſtractio Animalitatis magis contractæ, & Ecce telum in ſuum Auctorem retortum.

Reſponſio directa eſt vel, quod non ſit abſurdum in rebus intentionalibus procedere in Infinitum, cum hoc magis oſtendat fæcunditatem Intellectus; vel quod, ſicuti in Indiuiduo, licet dentur plures rationes, ſunt tamen finitæ ità tantum finitæ poſſunt eſſe abſtractiones; quod ſi adhuc pertinaciter contendant Aduerſarij, rationes abſtrahibiles eſſe infinitas, ſicuti ipſi non erubeſcunt multiplicare in Infinitum rationes abſtrahibiles, neque nos pudebit multiplicare in infinitum abſtractiones.

Tertium Argumentum eſt: Petrus in ratione Indiuidui dicit eſſe diſtinctus à Paulo, ergo nihil dicit commune cum Paulo, ergo à Petro, & Paulo non eſt abſtrahibilis ratio communis. ſed Contra. Homo in ratione ſpeciei dicit eſſe diſtinctum à Leone ergo nihil dicit commune cum Leone, ergo ab Homine, & Leone non

eſt abſtrahibile Animal vt ſic? tù co-gita de diſparitate.

Reſponſio directa eſt, Petrum in ratione Indiuidui talis nihil dicere commune cum Paulo, non ſic in ratione Indiuidui vt ſic, tam enim conueniunt Petrus, & Paulus in ratione Indiuidui vt ſic, quam conueniant in ratione Hominis vt ſic.

Quartum Argumentum eſt: quia conceptus communis debet eſſe Conceptus communicabilis, ſed Indiuiduatio dicit potius conceptum incommunicabilitatis, ergo non poteſt eſſe conceptus communis ſed Contra. conceptus communis debet eſſe conceptus communicabilis; ſed differentia dicit potius conceptum incommunicabilitatis alteri Differentiæ, ergo non poteſt dari conceptus communis differentiæ.

Reſponſio directa eſt; quod conceptus Incommunicabilitatis poſſit communicari huic, & illi incommunicabili, & per conſequens in hoc ſenſu poſſit eſſe communis. nec te ter-

reat

reat aparens contradictio terminorum, quomodo ſcilicet aliquod incommunicabile poſſit communicari, ſicuti enim negatio poteſt affirmari de hoc, & illo negatiuo, ità incommunicabilitas poterit communicari huic, & illi incommunicabili.

Quintum Argumentum eſt. quia vniuerſale debet infrà ſe continere aliquid aliud, ſed infra Indiuiduationem nihil datur cum ſit vltima differentia ergo. ſed Contra. per Aduerſarios infra Vniuerſale debet aliquid dari, ſed infra ſpeciem Hominis nihil datur cum rationalitas in linea Hominis, qua Homo eſt, ſit vltima differentia, ergo. ſicuti ergò Aduerſarij reſponderent quod infra Hominem non datur quidem alia differentia, qua Hominis eſt, ſed tamen qua talis Hominis eſt, ità & ego.

Reſpondeo, infrà Indiuiduationem vt ſic dari adhuc aliam differentiam, nempè Indiuidualem talem.

Sextum Argumentum eſt non debet in Indiuiduis multiplicari compo-

ſitio ex Indiuiduatione communi, & particulari, ergo in Indiuiduis non debet dari ratio communis, ſicque ratio abſtrahibilis. ſed Contra. non debet in Indiuiduis multiplicari compoſitio ex Humanitate communi, & ex Humanitate particulari ergò non debet dari Humanitas communis.

Reſponſio directa eſt, quod poſſit multiplicari in Indiuiduis ſi non compoſitio realis ſaltem formalis, ſeu virtualis, eo modo, quo in Deo ponunt Theologi compoſitionem virtualem ex eſſentia, & attributis, & ex attributis inter ſe.

Fundamenta poſitiua conſiſtunt in fortiſſima illa paritate, qua quæritur ratio, cur ex conuenientia plurium in ratione Animalis abſtrahatur Animal vt ſic, & tamen ex conuenientia plurium in ratione Indiuidui, abſtrahi non poſſit Indiuiduatio vt ſic. Deinde in Doctrina ſupra data difficultate ſeptima, quandò dicebamus, præter quinque prædicabilia, eſſe admittendum etiam ſextum, nempè Indiuiduationem vt ſic.

DIF-

DIFFICVLTAS XV.

An Differentia infima includat ſubalternam

COncluſio. in ſenſu formali Differentia Infima non includit ſubalternam. ſenſus Concluſionis eſt, quod in ſenſu formali rugibile non ſit ſenſibile, nec è Contra.

Iam nota ſunt illa argumenta de diuerſis connotatis, quæ ſunt fundamentum præciſionum. item de contradictorijs quæ de ſenſibili, & Rugibili verificantur, ideò aliter ſic probatur Concluſio. Genus formaliter non includit differentiam nec è Contra. ſecus ſi Genus, & differentia eſſent idem formaliter non poſſent conſtituere duo diuerſa, prædicabilia, ergo neque ſenſibile includit rugibile, vel è Contra Conſequentia ſic oſtenditur. Differentia ſubalterna in rigore eſt Genus, imò hi duo termini *Animal* & *ſenſibile* non differunt

ferunt niſi quo ad nomen, ergo ſi Genus non includit formaliter differentiam, neque differentia ſuprema includit formaliter infimam, vel è contra.

Probatur alio modo. non poteſt dici quod actus amoris ſit formaliter potentia amatiua, nec actus calefactionis potentia calefactiua, ergo non poteſt dici, quod differentia infima ſit formaliter ſubalterna, Conſequentia ſic oſtenditur. Differentia inferior reſpectu ſuperioris ſe habet veluti actus reſpectu ſuæ potentiæ, cum vniuerſale ſit aliquod potentiale reſpectu ſuorum Inferiorum, ergo ſi actus non eſt formaliter ſua potentia, neque differentia infima erit formaliter ſubalterna.

Dices, hanc probationem nimis probare, nam probaret etiam, differentiam infimam realiter diſtingui à ſubalterna, cum actus non ſolum formaliter, ſed etiam realiter diſtinguatur a ſua potentia. ſed Contra. paritates currere non debent quatuor pedibus,

bus, ideò licet fæcerimus comparatio-nem potentiæ, & actus ad differentias ſubalternam, & infimam, tamen paritas currit in hoc, quod ſicuti nequit dici *actus eſt formaliter potentia* neque poſſit dici *differentia infima eſt formaliter ſubalterna*; licet in alijs rebus ad hoc non pertinentibus, comparatiò non valeat.

Arguunt primò: Rugibile, & ſenſibile identificantur formaliter cum tertiò, nempè cum Leone ergo identificantur formaliter inter ſe, ſicque vnum includit formaliter aliud.

Reſpondeo retorquendo argumentum. hodierna dies, & craſtina dies identificantur realiter cum tertiò, nempè cum æternitate, ergo hodierna dies, & craſtina dies identificantur realiter inter ſe? rurſus. Pater, & Filius in diuinis identificantur realiter cum natura diuina, nec tamen identificantur realiter inter ſe, id, quod dico de identitate reali aplicatu formali, cum paritas, ſi benè conſideretur, currat.

Re-

Reſpondeo directè. Tranſeat Antecedens (quod poſſet negari, cum ſpecies diſtinguatur ſaltem formaliter à Genere, & differentia, ſeu quod idem eſt, cum conſtitutum diſtinguatur ſaltem formaliter a ſuis conſtitutiuis) negatur Conſequentia. quia, cum Leo ſit virtualiter diuiſibilis poteſt ſtare, quod identificetur duabus rebus formaliter diſtinctis, vt patet cum proportione in ſupra datis Exemplis.

Inſtabis. Leo indiuiſibiliter ſumptus eſt formaliter ſenſibilis, & rugibilis, ergo Leo non eſt virtualiter diuiſibilis, ſicque adhuc viget argumentum. ſed Contra. negandum eſt ſuppoſitum. nam Leo in ſenſu formali non poteſt ſumi indiuiſibiliter, cum admittat formalem; ſeù virtualem compoſitionem ex ſenſibili, & rugibili. & ad ſummum rugibile identificatur formaliter cum Leone vt rugibili, & ſenſibile cum Leone, vt ſenſibili.

Arguunt ſecundò. Rationalitas eſt formaliter ſubſtantia, ergo differentia infima eſt formaliter ſubalterna. An-

tecedens probant ex eo, quod rationalitas non ſit formaliter accidens.

Reſpondeo, Rationalitatem in ſuo formali conceptu non eſſe nec formaliter ſubſtantiam, nec formaliter accidens, ſed eſſe Principium diſcurſiuum, nec valet dicere, quod inter Accidens, & ſubſtantiam non datur medium, quia hoc eſt verùm realiter, non formaliter vt toties audiuimus, decantari in Circulis.

Inſtabis rationalitas, eſt formaliter ſubſtantialis homini, ergo eſt formaliter ſubſtantia. Antecedens clarum eſt, quia rationalitas eſt formaliter eſsentialis; eſſentiale autem, & ſubſtantiale conuertuntur; ſed Contra ad ſummum rationalitas conſiderata reſpectu ſubiecti eſt formaliter eſſentialis, non ſic conſiderata in ſe, & quò ad ſuum primarium connotatum, quia ſic dicit eſſe principium diſcurſiuum.

Arguunt tertiò. Differentia infima non eſt quid ſuperius ad ſubalternam, ergo ab ipſa præſcindere non poteſt, ſicque ipſam inuoluere debet formali-

ter. Conſequentia ſic probatur quia id, quod ab alio præſcindit debet eſſe quid ſuperius, vt patet in Animali vt ſic, quod præſcindit ab Homine.

Reſpondeo, eſſe falſam conſequentiam, & eius probationem, nam etiam Indiuiduatio talis præſcindit a Genere, cum non ſit formaliter Genus, & tamen Indiuiduatio talis non eſt quid ſuperius ad Genus. Subſtantia in ſententia probabiliſſima præſcindit ab ente nec tamen eſt quid ſuperius ad ens. ſufficit ergo ad hoc vt aliquid præſcindat ab alio, quod habeat diuerſum conceptum ab illo, quod deindè ſit vel quid ſuperius, vel quid inferius hoc impertinenter ſe habet.

Arguunt quartò. Differentia infima in aliquo debet formaliter includi, ſed non includitur in ſe ipſa, cum hoc implicet, ergo debet includi in differentia ſubalterna.

Reſpondeo differentiam infimam in ſenſu formali in nullo debere includi, quia in ſenſu formali præſcindit ab omnibus illis rebus quæ non ſunt diffe-

ſentia infima, eo modo quo, in ſententia præſcindentium, Aſſeitas in nullo formaliter includitur, & præſcindit ab omnibus, ijs, quæ non ſunt Aſſeitas.

DIFFICVLTAS XVI.

De proprio, & Accidente.

Concluſio. per hoc diſtinguitur proprium ab accidente, quod illud eſt aliquod emanans inſeparabiliter, iſtud autem ſeparabiliter.

Concluſio probatione non indiget, cum totum ſit pluſquam clarum, & in riſibilitate reſpectu Hominis, & in albedine reſpectu parietis.

Arguunt primò. etiam differentia prædicatur inſeparabiliter de ſubiectò, ergo iſta inſeparabilitas non eſt prædicatum diſtinctiuum proprij ab Accidente.

Reſpondeo inſeparabilitatem differentiæ diuerſam eſſe ab inſeparabilitate proprij, quia illa non eſt inſepa-

rabilitas

rabilitas alicuius emanantis benè autem iſta, prima eſt per modum prædicati primarij, ſecunda per modum prædicati ſecundarij.

Inſtabis. etiam differentiæ dicunt emanare, ergo adhuc viget argumentũ, Ant. ſic probatur; atributa entis ſunt differentiæ entis, & tamen emanant ab ente, ergo differentiæ dicunt emanare. ſed Contra. quidquid ſit de atributis entis adhuc dico, proprium diuerſo modo emanare ac differentiam nam rationalitas non emanat (ſi tamen emanat) a rationalitate, benè autem riſibilitas. vndè differentia impropriè dicitur emanare nam emanatio eſt a principio tali, & rationalitas non emanat a Principio vt rationali, ſed ad ſummum a genere tamquam pars a toto.

Arguunt ſecundò. calor eſt accidens, nec tamen poteſt ſeparari ab ligne, ergo.

Reſpondeo, calorem poſſe ſeparari, ſi non naturaliter ſaltem ſupernaturaliter, vt dicunt omnes. ſed iſta parui ſunt momenti.

DIFFICVLTAS XVII.

An Chriſtus poni poſſit in prædicamento.

CONcluſio prima. nulla eſt neceſſitas, quod ea quæ poni debent in prædicamento debeant eſſe entia finita, & completa.

Probatur prima pars. quia ſi aliqua eſt neceſſitas dicendi, quod debeant eſſe entia finita maximè, vel quia Ariſtoteles non nouit Infinitum, vel quia, vt dicit Serbellonus in hoc loco, omnia, quæ ponuntur in prædicamento ſunt contrahibilia, per conſequens ſunt limitabilia ſicque finita, ſed neutra ex his rationibus valet, ergo; minor probatur quo ad primam partem, in primis quia Ariſtoteles in octo libris Phyſicorum egit etiam de infinito, vndè eſt imperceptibile, quod infinitum non cognouerit; deindè efficacius arguo ſic. Ariſtoteles cognouit Deum, eſſe ens a ſe (cum nouerit, eſſe

primam cauſam) ſed eo, ipſo, quod ens eſt à ſe, non ſe limitat, ſecus ſibi noceret, ergo, ſi Ariſtoteles nouit Deum, vt ens à ſe nouit Deum, vt non à ſe limitatum, ſicque infinitum.

Quoad rationem contrahibilitatis poſitam a Serbellono pariter ſic inſurgo. Non omne, quod contrahitur per hoc eſt finitum, ergo ratio contrahibilis non tollit infinitatem probatur antecedens. da infinitatem Dei abſtractam ab attributis, per hoc quod hæc contrahatur ad Omnipotentiam non per hoc ſit finita, ergo ratio contrahibilis non arguit finitatem. Confirmo non omne, quod contrahitur reſtringitur, ergo non omne, quod contrahitur limitatur, ſeù ſit finitum. antecedens ſic oſtenditur. rationalitas dum prædicatur de homine non reſtringitur, quia non magis latè patebat, quam homo, & ex alia parte ea tantum reſtringuntur, quæ prius erant magis lata, ergo non omne, quod contrahitur reſtringitur, & limitatur, ſicque a primò ab vltimum non eſt ne-

ceſſe, quod illud, quod poni debet in prædicamento ſit ens finitum.

Probatur ſecunda pars. genus eſt formaliſſime ens incompletum, & tamen in communiori ſententia directè ponitur in prædicamento, ergo non eſt neceſſe, quod res ponenda in prædicamento ſit completa; antecedens quoad primam partem clarum eſt, quia genus eſt pars ſpeciei, & per conſequens quid incompletum.

Reſpondent ſtatim genus quidem reſpectu ſpeciei eſſe partem, & quid incompletum, & per conſequens in hoc ſenſu non poni in prædicamento reſpectu tamen ſuorum inferiorum eſse totum, & ſic ſumptum poni in prædicamento. Sed contrà in primis hęc reſponſio ponetur pro me inferius pro paritate in meum fauorem; ſecundò vrgeo ſic. per ipſos aduerſarios genus reſpectu ſpeciei eſt quid incompletum, ſed ex alia parte inferiora generis nihil aliud ſunt quam ſpecies ergo etiam reſpectu inferiorum debet eſse quid incompletum, ſicque vanum eſt

omni-

omninò effugium. Maneat ergo firmum, quod ad hoc vt aliquid ponatur in prædicamento gratis omninò aſseritur, debere eſse ens finitum, & ens completum. Subtilitatis tamen gratia.

Concluſio ſecunda etiamſi requirerentur duæ prædictæ conditiones, tamen Chriſtus vt formaliter Deus, & vt formaliter homo adhuc poneretur in prædicamento.

Probatur prima pars. Chriſtus vt formaliter Deus adhuc formaliter præſcinderet ab infinitate ergo adhuc Chriſtus, vt formaliter Deus poneretur in prædicamento. probatur antecedens Chriſtus vt formaliter Deus diceret præcisè aſſeitatem, ergo Chriſtus vt formaliter Deus adhuc prẹſcinderet ab aſseitate. Confirmo licet ſpecies inuoluat aliquandò aliquod ens per accidens, quià tamen ipſum non inuoluit formaliter, ponitur in prædicamento, ergo etiam, licet Chriſtus inuoluat infinitatem, quià tamen ipſam non inuoluit formaliter, ponitur in prædicamento.

Dices licet Chriſtus vt Deus formaliter non inuoluat infinitatem, inuoluit tamen realiter & identicè, ergo hoc ſufficit ad hoc, vt non ponatur in prædicamento; ſed contra in ſententia probabiliori animæ rationales ponuntur in prædicamento. hoc poſito ſic diſcuro, animæ rationales identicè, & realiter dicunt infinitatem in duratione, & tamen ponuntur in prædicamento, ergo ratio infinitatis indenticè non tollit, quod aliquod ponatur in prædicamento.

Probatur ſecunda pars. Chriſtus vt homo eſt Chriſtus vt dicens rationem ſpeciei, ſed ſpecies in communiſſima ſententia ponuntur in prædicamento, ergo. Confirmo ſi Chriſtus vt homo nequit poni in prædicamento maximè quia eſtens incompletum, ſed hęc ratio nulla eſt, ergo. probatur minor; eſt magis ens incompletum ſpecies, vt præciſa ab indiuiduatione, quam natura humana Chriſti, vt preciſa a ſubſiſtentia, ſed hoc non obſtante ſpecies, vt præciſa ab indiuiduatione ponitur

in

in prædicamento ergo. maiorem ſic clarè demonſtro. eſt magis ens incompletum id, quod eſt ſinè complemento ſibi identificato, quam id quod eſt ſinè complemento a ſe realiter diſtincto, ſed ſpecies precisa ab indiuiduatione eſt ſine complemento ſibi identificato, non ſic natura humana ſinè ſubſiſtentia, ergò.

Arguunt primò contrà primam partem primæ. id, quod debet prædicari debet contineri, vel ſub ſubſtantia, vel ſub accidente, ſed id, quod continetur ſub aliquo finitum eſt, ergo quod debet poni in prædicamento debet eſse finitum; minor conſtat quia quod continetur ſub aliquo quodamodò coarctatur ab aliquo termino.

Reſpondeo. in primis retorquendo argumentum. quod continetur ſub aliquo finitum eſt, ſed Deus continetur ſub ratione entis, ergo Deus finitus erit? Caue ab hæreſi. Directè tamen dicò ly contineri facere duplicem ſenſum; vel enim ſonat idē ac limitari, & finiri, vel ſonat idem ac conuenire

 cum

cum alio in ea ratione, ſub qua continetur; primò modo arguit finitatem, non ſic ſecundò modo.

Arguunt ſecundò. quod ponitur in prædicamento debet eſſe vniuocum, ſed infinitum nullam habet vniuocationem cum finito, ergo infinitum non poteſt poni in prædicamento.

Reſpondeo, infinitum in aliqua ratione vniuocè conuenire cum finito, ſic infiniti leones in ratione rugibilitatis conueniunt cum leonibus finitis, & ſicuti per aduerſarios quià accidens, & ſubſtantia conueniunt in aliqua ratione, nempè in ratione entis ideò habent ſufficientem vniuocationem, licet in alia ratione diſconueniant, ità a par &c.

Arguunt tertiò. contrà ſecundam partem primæ. prædicamenta debenti per ſe ſubſiſtere, ſed ens incompletum per ſe non ſubſiſtit, ergo non poteſt poni in prædicamento, minor conſtat quià ens incompletum, cum indigeat alio complemento, per ſe non poteſt ſubſiſtere. Profectò qui cecus non

eſt,

eſt, videt hoc argumentum, poſſe ad hominem fieri contrà nouem ex prædicamentis ſic. Prædicamentum debet per ſe ſubſiſtere, ſed nouem ex prædicamentis, cum ſint accidenti per ſe non ſubſiſtunt, ergo nouem accidentia non poterunt poni in prædicamento.

Reſpondeo negando abſolutè maiorem, nam per ſe ſubſiſtere eſt quidem prædicatum differentiale ſubſtantiæ, at non prædicamenti præcisè Quod ſi fortaſsè inter ſex conditiones requiſitas ponatur, quod debeat eſſe ens, per ſe ſubſiſtens, vel hoc debet intelligi de prædicamento ſubſtantiæ, vel debet intelligi de ſubſiſtere impropriè, eo modo quo ſolet dici, quod albedo in abſtracto per ſe ſubſiſtit, quia albedo in abſtracto non inhęret actualiter ſubiecto.

Arguunt quartò. prædicamenta debent reuocari ad aliquam determitam ſeriem, ſed entia incompleta non poſſunt eſſe huiuſmodi, & probant minorem entia incompleta cum ſint partes

tan-

tantum poſſunt poſtulare aliam partem, quæ ſit in alia ſerie prædicamenti, ergo entia incompleta non reuocantur ad vnam, & eandem ſeriem prædicamenti. etiam hec obiectio ſi probaret aliquid, tolleret radicitus omne predicamentum. cum enim ſubſtantia poſſit compleri per aliquod accidens, quod ſpectat ad diuerſam lineam prædicamenti ſequeretur, quod nec ipſa, nec accidens poſſent poni in prædicamento.

Reſpondeo tranſeat maior, nego minorem; nam licet aliquandò pars completiua ſit in diuerſa linea, ac complebilis, vt patet in albedine complente parietem, non tamen hoc ſemper verificatur, quia multoties poteſt vna ſubſtantia aliam ſubſtantiam complere, vt patet in forma ſubſtantiali complente materiam, & tunc iſta duo entia incompleta ſunt in eadem linea ſubſtantiæ.

Arguunt quintò contra primam partem ſecundæ. licet Ariſtoteles nouerit Deum eſſe ens à ſe, non tamen

nouit,

nouit, Deum eſſe infinitum, ergo Chriſtus, vt Deus, & vt infinitus non poteſt poni in prædicamento Ariſtotelico; probatur antecedens. inter aſſeitatem, & infinitatem datur virtualis diſtinctio, ergo potuit Ariſtoteles noſcere Deum vt ens eſt à ſe, etiam ſi non nouerit Deum vt infinitum, hoc telum me non ferit qui in probatione concluſionis dico, Deum, pro vt ponitur in prædicamento, ab infinitate præſcindere, attamen ad liberalitatem.

Reſpondeo, nego antecedens, licet enim virtualis diſtinctio faciat, quod vnum poſſit agnoſci alio non cognito non tamen facit, quod aliquandò vtrumque non cognoſcatur vt clare conſtet in riſibilitate, quæ licet virtualiter diſtinguatur à rationalitate, tamen nos de facto vtramque cognoſcimus.

Inſtabis. ſi Ariſtoteles potuit vnum cognoſcere ſinè alio, ergo nulla erit neceſſitas dicendi, quod vtrumque cognouerit; ſed contra. faciam &

ego

ego hoc aliud argumentum. ſi potuit Ariſtoteles & vnum, & aliud cognoſcere, ergo nulla erit neceſſitas dicendi quod vtrumque non nouerit, cum maximè ſapientis ſit & rem, & proprietates rei inueſtigare; inter reliquas autem proprietates Dei ſpecialiſſimè reperitur infinitas.

Arguunt ſextò licet Chriſtus, vt formaliter ens à ſe præſcindat ab infinitate, non tamen adhuc verificatur quod ſit ens finitum, ſed quod debet poni in prædicamento debet eſſe finitum, ergo Chriſtus etiam vt præſcindens ab infinitate non poterit poni in prædicamento.

Reſpondeo, Chriſtum, vt præſcindentem ab infinitate, non eſſe ens finitum poſitiuè, eſſe tamen ens finitum præciſiuè, quatenus ab infinitate præſcindit, & hoc ſufficit ad hoc vt ponatur in prædicamento.

Arguunt vltimo contrà ſecundam partem, vetuſta illa obiectione, quod ſcilicet Chriſtus vt homo ſit ens incompletum, ens autem incompletum

à prædicamentis reicitur: Meminerint aduerſarij, ſuprà ipſos dixiſſe, genus ſub diuerſa formalitate poſſe eſſe quid completum, & quid incompletum, propterea & ego dico, Chriſtum vt hominem, ſub ea formalitate, ſub qua conſtat ex anima, & corpore, eſſe quid incompletum, ſub ea autem formalitate, ſub qua caret ſubſiſtentia, eſſe quid incompletum, & breuioribus verbis poteſt dici, quod Chriſtus vt homo ſit quid incompletum in ratione ſuppoſiti, non ſic in ratione compoſiti.

DIFFICVLTAS XVIII.

In quo conſiſtat ratio formalis ſigni.

COnclusio prima ratio formalis ſigni non conſiſtit in denominatione relicta à voluntate denominantis. Eſt contra Ouiedum Serbellonum, & alios communiter.

Probatur. ratio formalis ſigni debet in-

indentificari cum ipſo ſigno, ſed hæc denominatio non identificatur cum ipſo ſigno, ergo non eſt ratio formalis ſigni. minorem ſic oſtendo. illud, quod eſt ad libitum alterius non poteſt mecum indentificari, cum mecum poſſit non eſſe, ſed denominatio voluntatis eſt ad libitum voluntatis, ergo non poteſt identificari cum ſigno, cum poſſit non eſſe cum ſigno.

Dices, poſſe hanc denominationem non eſſe cum ſigno abſolutè, & non ex ſuppoſitione quatenus ex ſuppoſitione, quod debeat inſtitui ſignum requiritur denominatio voluntatis inſtituentis. Sed contra licet ex ſuppoſitione, quod debeat fieri Sacramentum requiratur intentio miniſtri, tamen intentio miniſtri in communiſſima ſententia non eſt ratio formalis Sacramenti ergo etiam licet ex ſuppoſitione, quod ſit inſtituendum ſignum requiratur denominatio voluntatis inſtituentis non per hoc hæc denominatio eſt ratio formalis ſigni.

Probatur ſecundò. ratio formalis

ſigni

ſigni conſiſtit in eo, quod nos inducit in cognitionem alterius, ſed hæc denominatio voluntatis, cum ſit quid merè intrinſecum non nos inducit in cognitionem alterius, ergo in ipſa ordinatione non conſiſtit ratio ſigni.

Dices, hanc ordinationem, licet ſit quid merè intrinſecum, fieri tamen nobis cognitam, & manifeſtatam mediante re extrinſeca, & materiali, ſic mediante hedera nobis manifeſtatur voluntas inſtituentis ſignum vini vendibilis. ſed contrà accepto totam reſponſionem magis accedit ad rationem formalem ſigni illa quæ imediatè ſignificat, quam quæ ſignificat mediante alio, ergò ſi res externa immediatè ſignificat, non ſic res interna, ideò &c.

Concluſio ſecunda. ratio formalis ſigni conſiſtit in re externa, & materiali. ordinatione inſtitutoris ſe habente tanquam conditione.

Probatur. Illa eſt ratio formalis ſigni, quæ inducit in cognitionem rei ſignificatæ, ſed res externa, & materialis

indu-

inducit in cognitionem rei ſignificatæ, ergo. probatur minor interogato quolibet ruſtico, quarè putas quod ibi ſit caupona, non reſpondet quia video denominationem inſtitutoris, ſed quià video illud ſignum externum, ergo quià res externa inducit in cognitionem rei ſignificatæ. Confirmo. quià bonitas eſt illa, quæ me trahit ad amandum, ideò dicitur formalis ratio amoris, ergo quià res externa me trahit in cognitionem rei ſignificatæ, ideò eſt ratio formalis ſigni.

Dices contrà probationem. quamuis ruſticus interogatus cur credis? reſpondeat; quia Eccleſia proponit. tamen propoſitio Eccleſiæ non eſt ratio formalis fidei, ſed Diuina reuelatio, ergo etiam, licet ruſticus reſpondeat, quià video ſignum externum, tamen res externa non eſt ratio formalis ſigni. Fateor, non ita eſſe facilem diſparitatem. Attamen ſufficiens diſcrimen poteſt eſse quia, dum agitur de motiuo formali fidei agitur de re

ſuper-

ſupernaturali, & altiſſimâ ad cuius propterea cognitionem non ità facilè ruſticus peruenire poteſt, quod cùm non verificetur de ſigno externo & ſenſibili ideò, &c.

Arguunt primò contra primam: illa eſt ratio formalis ſigni, qua poſita intelligitur inſtitutim ſignum, ſed poſita denominatione inſtitutoris intelligitur inſtitutum ſignum, ergò. Poſſem retorquere ſic argumentum. Illa eſt ratio formalis calefactionis, qua poſita intelligitur calefactio, ſed poſita aproximatione ignis intelligitur calefactio, ergo aproximatio eſt ratio formalis calefactionis. Quis ha admittet?

Reſpondeo, illam eſſe rationem formalem ſigni, qua poſita, tanquam parte conſtitutiua, non tanquam pura conditione, intelligitur ſignum, vt clarè patere poteſt in dato exemplo de aproximatione.

Arguunt ſecundò: licet Sacramentum ſit ſignum ſenſibile, tamen poteſt conſtitui etiam per dolorem inter-

num,

num, vt patet in Confeſſione, ergo licet ſignum ſit aliquod ſenſibile, tamen poterit conſtitui per actum internum voluntatis inſtituentis.

Reſpondeo, diſparitatem eſse quia Sacramentũ pænitentiæ, habet aliundè rationem ſenſibilitatis, ſcilicet à forma abſolutionis, cum autem ſignum non poſſit habere ſenſibilitatem à voluntate inſtitutoris, ideò debet ipſam mutuare à re ipſa externa.

Arguunt tertiò contrà ſecundam. res externa eſt potius materia ſigni, quam forma ſigni, ergò res externa non eſt ratio formalis conſtitutiua ſigni. antecedens patet in aliquo ſigno officinæ, quod habet materiam externam pro ſuo ſubiecto.

Reſpondeo, eadem rem virtualiter multiplicem, poſse eſse & ſubiectum, & formam vt patet in quantitate quæ & eſt ſubiectum ſecundarium, accidentium, & eſt forma reſpectu ſubſtantiæ, quam informet.

Arguunt quartò. ratio formalis ſigni debet eſse communis omnibus

ſignis

ſignis eo modo, quo ratio formalis hominis eſt communis omnibus hominibus tunc ſic. Res externa, quæ in Italia aliquid ſignificat, non idem ſignificat in Germania, ergò res externa, cum non ſit communis omnibus ſignis, non poteſt eſse ratio formalis ſigni.

Reſpondeo hanc diuerſitatem prouenire non ex re eſterna precisè, ſed ex diuerſitate conditionis, quia in Germania non erit eadem Inſtitutio, ac ſit in Italia, eo modo, quo diuerſificata cognitione diuerſificatur amor, & tamen cognitio non eſt ratio formalis amoris.

Inſtabis præter diuerſam conditionem, quæ eſt in ſigno Germanico, & ſigno Italico debet etiam aſſignari diuerſa ratio formalis, ſed in re vt precisè externa nequit aſſignari diuerſa ratio formalis ergo. Sed contrà dico, diuerſam rationem formalem eſse diuerſam vim ſignificatiuam, quæ tamen non oritur niſi poſita diuerſa conditione inſtitutionis eo modo, quo di-

diuerſa ratio formalis amoris conſi-ſtit in diuerſa bonitate quæ tamen non mouet, niſi-poſita diuerſa conditione cognitionis.

Arguunt vltimo. ratio formalis ſigni debet præcedere ſaltem natura ipſum ſignum, ſed res externa neque natura ſe ipſam præcedit, ergo non poteſt eſſe ratio formalis ſui ipſius, ſicque ratio formalis ſigni.

Reſpondeo, eandem rem externam vt conſtitutiuam benè poſſe præcedere ſe ipſam vt conſtitutam eo modo, quo eadem natura Diuina, vt eſt in Patre, præcedit ſe ipſam, vt communicatam Filio.

DIFFICVLSTAS XIX.

Quid voces primariò ſignificent res ne, an conceptus.

CONcluſio. melius eſt vtramque ſententiam conſiliare, & dicere, quod voces ſignificent primariò tum res, tum conceptus.

Probatur. diuerſo modo voces ſignificant rem, & conceptum, ac ſignificent proprietatem rei, & proprietatem conceptus, ſed proprietates rei, & proprietates conceptus ſignificant ſecundariò, ergò rem ipſam, & conceptum ipſum ſignificant primariò. maior conſtat; quia hæc vox *rationale* diuerſo modo ſignificat eſſentiam hominis, ac proprietatem hominis. reliqua currunt. Confirmo detur vox æquiualenter duplex; hæc vel in vna ſententia ſignificabit primariò duplicem cognitionem, vel in alia duplicem rem. hoc ſuppoſito ſic diſcurro. Eſt magis connexa cognitio. A. cum re A., ad quam terminet quam cognitio. A. cum cognitione. B., ad quam non terminat ergo ſi hæc vox equiualenter duplex ſignificat primariò duplicem cognitionem, quarum vna non eſt connexa cum alia, multo magis ſignificabit primariò cognitionem, A, & rem A, cognitam, quæ ſunt inter ſe connexæ.

Probatur ſecundò. poteſt in ſecundo

inſtanti naturæ audiens dare id, quod per voces alter petit, ſed hoc non eſset verum, ſi tam res, quam conceptus non exprimerentur primariò, ergò. minor ſic clarè oſtenditur, ſi vel res, vel conceptus exprimeretur ſecundariò, deberet inſumi vnum inſtans naturæ pro ſignificatione primaria, aliud pro ſignificatione ſecundaria, tertium in dando illo, quod petitur, ergo non poſset audiens in ſecundò inſtanti naturæ dare id, quod loquens petit.

Arguunt primò. res contradictoriæ non poſſunt ſignificari primariò, ſed res, & conceptus ſunt duo contradictoria, ergo. minor probatur conceptus eſt vitalis, res non eſt vitalis ergo res, & conceptus ſunt duo contradictoria. Poſset ſic breuiter telum remitti aliquando tam res ſignicata, quam conceptus ſunt duæ res vitales, vt patet in vocibus ſignificantibus res immanentes, ergò tunc velint, nolint aduerſarij tam res, quam conceptus primariò ſignificabuntur.

Reſ.

Reſpondeo iuxtà ſumulas contradictorium nam verſari inter duas res poſitiuas, conceptus autem & res, ſunt duæ res poſitiuæ, & certè diſtinguentur iſti duo termini *conceptus & res*. ab his duobus *conceptus & non conceptus* quia primi ſunt tantum diſparati, ſecundi autem ſunt contradictorij.

Arguunt ſecundò. iſtæ voces *cognitio conceptus &c.* ſignificant tantumodò primariò conceptum, vt patet ex vi nominis, ergo voces ſignificant tantum primariò conceptus. Confirmant voces ſunt inſtitutæ ad ſignificandum id, quod habemus in mente, ſed res non ſunt in mente, ſed tantum conceptus, ergo ſignificant primariò conceptus.

Reſpondeo, quod audiens ſi non erit omninò imperitus eo ipſo, quod audiet nominari conceptum intelliget, etiam rem conceptam; quià ſcit, quod implicat conceptus ſine re concepta. Ad confirmationem dico, rem ſecundum eſſe obiectiuum eſſe in intellectu, licet non ſecundum eſſe reale.

Inſtabis contrà reſponſionem ad obiectionem. licet riſibilitas includatur in rationalitatè tamen non importatur primariò, ergo licet res concepta includatur in conceptu, tamen non ſignificatur primariò; ſed oontra diſparitas eſt, quia riſibilitas emanat à rationalitate tanquam proprietas, res autem concepta non emanat à conceptu, ſed ſimul cum ipſo conſtituit, & integrat cognitionem.

Arguunt tertiò. conceptus reſpectu rerum ſe habent vt quo, ergo primariò non importantur; antecedens patet. quia conceptus ſunt id, quo cognoſcuntur res, probatur conſequentia quia in definitione generis ſecunda intentio ſe habet vt, *quo* ideò per multos in illa definitione non importatur primariò, ergo etiam quia conceptus ſe habent vt quo, per voces non ſignificantur primariò.

Reſpondeo; ad ſummum conceptus ſumi vt quo reſpectu rei cognitæ, non reſpectu vocis manifeſtantis eo modo, quo modus ſuperadditus inter

materiam, & formam vocatur id quo reſpectu ipſarum partium, non reſpectu cauſæ ipſam producentis. Addo, quod hoc argumentum poteſt conuinci falſitatis in forma ſubſtantiali, quæ licet reſpectu materiæ ſe habet vt id, quo tamen ſimul cum ipſa importatur primariò.

Inſtabis, nexus licet ſub aliqua ratione ſit id quod, tamen non eſt id quod primario importatur in compoſito, ergo etiam licet conceptus ſub aliqua ratione ſe habeat vt id quod, tamen non ſignificatur per voces primariò; ſed contra diſparitas eſt quià nexus totus eſt in gratiam partium, adeòque nil mirum ſi inter partes ipſas primariò non importetur, quod enim in alterius fauorem dirrigitur minus nobile eſt, quod cum non verificetur de conceptu, & re concepta ideò &c.

Arguunt quartò hæc vox *negatio* non poteſt primariò exprimere conceptum & rem, ergò non omnes voces primariò exprimunt conceptum,

& rem ſimul. antecedens ſic oſtendo. hec vox *negatio* potius exprimit negationem rei, quam rem ergo hec vox *negatio* non poteſt exprimere ſimul conceptum, & rem. Hoc argumentum non ſolum me premit, ſed etiam illos, qui aſſerunt voces exprimere primariò rem, non conceptum.

Reſpondeo, nomine rei, me non intelligere ſemper rem poſitiuam, ſed me intelligere illud, quod per conceptum cognoſcimus eo modo, quo negationes à Deo cognitæ ſolent dici res cognitæ à Deo; licet non ſint res poſitiuæ.

Arguunt quintò, conceptus eſt ſemper accidens, cum non detur in hominibus intellectio ſubſtantialis, & res concepta eſt ſubſtantia, ſed non poteſt eadem vox primariò importare ſubſtantiam, & accidens, ergo non poteſt eadem vox primariò ſignificare conceptum, & rem; cum enim accidens ſit quid ignobilius ſubſtantia congruum non eſt, vt ſimul cum ſubſtantia importetur primariò. Poſſem breuiter

ter reſpondere huic argumento dicendo, quod conceptus eſt quidem accidens reſpectu rei vt ſic, non reſpectu rei vt conceptæ.

Reſpondeo, quidquid ſit de maiori, diſtinguo minorem. ſi aliundè accidens non ſit nobilius concedo, ſi aliundè ſit nobilius, nego minorem, & conſequentiam. Eſto igitum, quod in ratione ſubſtantiæ res concepta excedat conceptum, attamen in alia ratione exceditur puta in ratione vitalitatis, ſpiritualitatis &c. Addo, quod ſicuti iſti duo termini *paries albus* vterque eſt in recto, licet primus ſit ſubſtantialis, ſecundus ſit accidentalis ità licet ſubſtantia, & accidens in diuerſa linea ſint, poterit tamen eadem vox vtrumque ſignificare primario.

Quæres hic primò an voces ſignificent plus loquenti, quam audienti.

Reſpondeo poſſe vtrumque contingere; poteſt contingere, quod plus ſignificent loquenti, quia loquens poteſt eſſe doctior audiente, & poteſt contingere è contra quia audiens po-

teſt eſſe doctior loquente: per ſe tamen plus ſignificant audienti, quam loquenti; quia ſermo verbalis, cum ſit quædam actio loquentis, non debet dirigi ad ipſam loquentem ſed ad perſonam diſtinctam, quià actio non datur ad ipſum agens.

Quæres ſecundò. an voces ſignificent naturaliter, an ad placitum.

Reſpondeo, voces non ſignificare naturaliter, ſed ad libitum, non quià, vt aliqui probant, ſi voces ſignificarent naturaliter, idem ſignificarent apud omnes, cum natura apud omnes eadem ſit. In primis quia cum natura ſit cauſa æquiuoca, & vniuerſalis non video, cur non poſſit diuerſas habere ſignificationes; ſecundò, quià licet temperamentum ſit naturale non tamen eſt idem temperamentum apud omnes, ita à pari &c.

Moueor ergò hæc alia ratione, quià ſcilicet habemus in Geneſi, quod Adam nomen impoſuerit rebus, ſi autem ex natura ſua voces ſignificaſſent, non eſſet, cur talia nomina de nouo impoſita eſſent. Diſ-

DIFFICVLTAS XX.

Vtrum propoſitio ſit ſimplex qualitas.

COncluſio. in hæc materia certa regula non datur; eſt concluſio quæ benè intellecta à nemine poteſt negari.

Probatur. nulla datur certa regula, an propoſitio includat vnicum tantum actum, vel triplicem, ergo nulla datur certa regula, an propoſitio ſit ſimplex qualitas, vel non; antecedens ſic oſtenditur. poteſt dari vnus intellectus perfectior alio in operando, ergo nulla datur certa regula, an per vnum tantum actum poſſit attingi ſubiectum, predicatum, & copula, an verò requirantur tres actus diſtincti. Confirmatur quià in Patria datur vnum meritum maius aliò, ideò non poteſt in Patria aſſignari certa regula præmij, ſed datur præmium iuxtà diuerſitatem meriti, ergo etiam quià

in via datur diuerſitas intellectuum in operando, non poreſt aſſignari certa regula, an per ſimplicem actum poſſet fieri propoſitio, vel non.

Probatur ſecundò: poteſt dari caſus, quod poſt attactum ſubiectum aliundè intellectus diuertatur, per imperium voluntatis, & poteſt etiam dari caſus, quod poſt attactum ſubiectum non diuertatur, ergo poteſt dari caſus, quod per vnicum actum non attingatur ſubiectum, prædicatum, & copula ſimul, & poteſt dari caſus, quod attingantur ſimul, ergo a primo ad vltimum nulla datur certa regula dicendi, quod propoſitio ſit ſimplex qualitas vel non.

Dices; quod aliundè diuertatur, vel non diuertatur intellectus, hoc ſe habet per accidens, cum pendeat ab arbitrio voluntatis. Sed contrà fateor, diuerſionem intellectus aliundè eſſe per accidens, attamen cum ex alia parte nullum poſſit aſſignari certum, & determinatum caput, ex quo oriatur neceſſitas vel dicendi, quod propoſitio

poſitio ſit ſimplex qualitas, vel non ideo &c. & res in præſenti ſe habet, ſicuti contingit in animali vt ſic, quod quia poteſt eſſe tam rationale, quam rugibile ideò quantum ſpectat ad ipſum, non poteſt aſſignari caput, cur potius ſit rugibile, quam rationale, ſed totum hoc pendet ex diuerſitate ſubiecti, in quo eſt.

Scio, mihi incumbere onus ſoluendi argumenta vtriuſque ſententiæ, quia cum vna dicat determinatè, propoſitionem eſſe ſimplicem qualitatem, alia determinatè hoc neget, ego, qui determinatam regulam poſſe aſſignari nego, vtriuſque difficultatibus implicor; Si ad vtrumque teneor, ad vtramque tentationem præparo animam meam.

Arguunt primò. ad probandum, eſſe ſimplicem qualitatem. vnicus actus poteſt attingere ſubiectum, prædicatum, & copulam, ergo propoſitio eſt ſimplex qualitas, cum ſit ſimplex actus. antecedens ſic oſtenditur. Vnica ſpecies poteſt repreſentare

ſubiectum, prædicatum, & copulam; ergò etiam idem actus poterit attingere ſubiectum, prædicatum, & copulam. Confirmant. vnicus actus voluntatis poteſt vnire amatum cum amante, ergo etiam vnicus actus intellectus poterit vnire prædicatum cum ſubiecto, ſicque facere propoſitionem.

Reſpondeo; in primis hoc argumentum me non ferire, qui non nego, propoſitionem poſſe eſſe ſimplicem qualitatem, ſed nego, poſſe de hoc aſſignari certam regulam. Vberioris tamen doctrinæ gratia poſſet negari antecedens. Ad id, quod additur dico, magis requiri ad cognoſcendum, quam ad precisè repreſentandum, vndè etiam ſi concederemus, eandem ſpeciem poſſe ſimul repreſentare ſubiectum, prædicatum, & copulam, hoc poſſemus negare de actu intellectus. Ad confirmationem eſt valdè longa diſparitas, quià actus voluntatis non debet attingere vtrumque terminum, nempè amatum, & amantem ſecus voluntas deberet amare ſe ipſam; at

in

in propoſitione debet cognoſci ſubie-ctum, prædicatum, & copula ſicque &c.

Inſtabis. Species repreſantiua eſt etiam cumprincipium ad intellectionem, ergo non minus requiritur ad repreſentandum, quam ad intelligendum, ſicque adhuc viget argumentum. Sed contrà eſto, quod species ſit cumprincipium ad intellectionem adhuc poteſt ſtare, quod vnum cumprincipium magis ponat de ſuo, quam aliud ſi ſic accidens ſit cumprincipium vna cum ſubſtantia ad producendam ſubſtantiam ſimul cum accidente, adhuc verificatur, quod ſubſtantia magis ponat de ſuo, quam accidens.

Arguunt ſecundò; in ſententia modaliſtarum idem indiuiſibilis nexus vnit materiam, & formam, ergo etiam idem indiuiſibilis actus vnit ſubiectum cum prædicato, ſicque propoſitio eſt ſimplex qualitas; in primis retorqueo argumentum. Licet ſimplex modus vniat materiam cum forma attamen compoſitum non dicitur ſimplex qua-

litas,

litas, ergo etiam ſi ſimplex actus vniret ſubiectum cum prædicato, attamen propoſitio non eſt dicenda ſimplex qualitas.

Reſpondeo directè hanc propoſitionem *ſimplex actus vnit ſubiectum cum prædicato* facere duplicem ſenſum, vel facit ſenſum, quod ille actus terminatus ad copulam *eſt* vnitiuus ſubiecti cum prædicato, ſit actus ſimplex, & in hoc ſenſu ſemper eſt vera. vel facit ſenſum, quod idem actus ſimul attingat ſubiectum, prædicatum, & copulam & in hoc ſenſu aliquando eſt falſa, propter rationes ſuprà allatas.

Arguunt tertiò ſi propoſitio non eſſet ſimplex qualitas ſequeretur, quod in quolibet ſyllogiſmo darentur nouem actus, ſed hoc eſt inauditum à ſæculo, ergo. minor clara. eſt quia in qualibet propoſitione darentur tres actus, ergo.

Reſpondeo, non eſſe inauditum, quod in ſyllogiſmo dentur nouem actus diſtincti, imò hoc formaliſſimè

dicitur

dicitur ab illis, qui tenent propoſitionem eſſe qualitatem compoſitam; & ſicut poteſt idem intellectus facere nouem ſyllogiſmos vnum poſt alium, ità multo melius poterit elicere nouem actus vnum poſt alium. Sed iam ſcenam vertamus.

Arguunt quartò ad probandum propoſitionem debere neceſſariò eſſe qualitatem compoſitam. propoſitio eſt vnio ſubiecti cum prædicato, ſed vnio indubitanter eſt aliquod compoſitum, ergo.

Reſpondeo vnionem eſſe aliquid compoſitum in hoc ſenſu, quatenus ſupponit duo extrema vnibilia, non verò quatenus debeant hæc extrema attingi per duplicem actum, imò ſicuti non repugnat, eandem productionem producere ſimul duo extrema, ità non repugnabit, eandem intellectionem attingere ſimul duos terminos.

Inſtabis. eadem productio, quæ terminat ad materiam, non terminat ad formam, cum prima ſit creatiua, alia genereatiua, ergo nec eadem intellectio,

tellectio, quæ terminat ad ſubiectum terminat ad prædicatum. Sed contrà in primis ſi hæc inſtãtia valeret, ſequeretur, quod intellectus, qui terminat ad ſubiectum non poſſet terminare ad prædicatum, eo modo, quo agens generatiuum quod terminat ad formam, non poteſt terminare ad materiam. directè tamen dico diſparitatem eſſe, quià creatio, & generatio ſunt diuerſæ ſpeciei per conſequens vna non poteſt eſſe indentificata cum alia, quod cum non verificetur de intellectione ſequitur &c.

Aguunt quintò propoſitio hypothetica non poteſt eſſe ſimplex qualitas, ergo ſaltem iſta debet eſſe qualitas compoſita: maior conſtat in hac propoſitione *Petrus eſt Sanctus, & Paulus eſt doctus* quæ non ſolum includit plures actus, ſed etiam plures propoſitiones.

Reſpondeo in primis, quod ſi intellectus ſit aliqualiter perfectus poterit etiam propoſitionem hypotheticam vnico actu attingere, ſicut enim eadem

dem cauſa materialis poteſt plures effectus producere, ita &c. & ſi non placet hæc reſponſio. dicas, propoſitionem hypotheticam non eſſe vnam tantum propoſitionem, ſed potius eſſe aliquod agregatum ex pluribus propoſitionibus, propterea ſumus extra Quæſtionem.

Agnunt ſextò. ſi propoſitio non eſſet qualitas compoſita vix diſtingueretur. à ſimplici aprehenſione, ſed hoc non, ergò. minor oſtenditur ſic quia etiam aprehenſio: eſt qualitas ſimplex, cum ſit cognitio gemini ſimplicis.

Reſpondeo, adhuc fore diſtinctam propoſitionem ab aprehenſione, quia aprehenſio nihil affirmat, vel negat, benè autem propoſitio; aprehenſio non terminat ad ſubiectum prædicatum, & copulam, benè autem propoſitio.

✠

Diſ-

DIFFICVLSTAS XXI.

In quo conſiſtat veritas propoſitionis.

COnclusio. qui ſuſtinet modos, & ex alia parte dicit, veritatem conſiſtere in actu, & obiecto tantum, eſt manifeſtus apoſthata à propria ſententia.

Senſus concluſionis, eſt, quod formalis veritas propoſitionis conſiſtat in conformitate ſuperaddita actui, & obiecto.

Probatur. omnia argumenta, quæ militant pro diſtinctione modi à materia, & forma militant etiam pro diſtinctione vel reali, vel ſaltem virtuali veritatis formalis ab actu, & obiecto, ergo ſicut vnio diſtinguitur à materia, & forma etiam hic veritas diſtinguetur ab actu, & obiecto; maiorem oſtendemus afferendo omnia argumenta, quæ inibi ſolent afferi pro diſtinctione vnionis a materia, & forma.

Pri-

Primum argumentum eſt quià materia eſt indifferens ad hoc vt ſit, vel non ſit cum forma. Sed hoc argumentum valet etiam pro noſtro intento, quià actus eſt indiffens ad hoc vt ſit vel non ſit verus actualiter, cum poſſit dari actus actualiter falſus. cum enim noſter intellectus poſſit errare, ideò ad hoc vt potius verè attingat quam falsè debet dari aliquid ſuperadditum actui, & obiecto.

Secundum argumentum eſt quià implicat tranſire materiam de non vnita ad vnitam ſinè aliqua mutatione, propterea ſinè aliquo ſuperadito. hoc argumentum etiam pro nobis militat quià implicat, actum tranſire de non vero ad verum ſine aliqua mutatione propterea ſine aliquo ſuperadito ſicque veritas formalis ſeù conformitas erit entitas diſtincta ab actu & obiecto.

Tertiũ argumentum, quod in phyſicis affertur eſt quià partes, cum poſſint ſeparari poſſunt ſtare ſinè vnione, & ſic vnio eſt aliqua entitas diſtincta à partibus. hæc etiam ratio nobis fauet,

ad vnguem, quia, cum obiectum v. g. paries poſſit ſtare ſine veritate cum poſſit ſtare ſinè., ideò diſtinguitur a veritate, ſicque veritas debet conſiſtere, in ſuperaddito.

Ad vberiorem doctrinam addo, hoc aliud argumentum. Quando intellectio vt ſit requirit modum diſtinctum, etiam intellectio talis requiret hunc modum diſtinctum, ſed per omnes ferè modaliſtas (vno vel alio excepto) intellectio vt ſic requirit modum diſtinctum, & non poteſt conſiſtere in ſolo complexo ex intellectu, & obiecto, ergo etiam intellectio talis, nempè intellectio vera.

Dices aliquid dicit intellectio vt ſic, quod non dicit intellectio talis, ergo hæc probatio non valet. maiorem ſic oſtendes. intellectio vt ſic dicit tendere in obiectum vt ſic, & hoc non dicit intellectio talis, ergo intellectio vt ſic dicit aliquid plus, quam intellectio talis. Sed contra vide, quam benè retorqueatur argumentum. intellectio talis dicit differentiam, quam

non

non dicit intellectio vt ſic, ergo aliquid plus dicit intellectio talis, quam intellectio vt ſic. Directè tamen dico, quod intellectio vt ſic dicit ad ſummum aliquid plus extenſiuè, quam, talis non intenſiuè, quatenus ſe extendit ad omnia obiecta intelligibilia.

Arguunt primò. non poteſt dari propoſitio ſinè veritate, ergò veritas non eſt quid ſuperadditum propoſitioni. probatur antecedens. quià veritas, ſi non eſt eſſentia eſt tamen proprietas eſſentialis propoſitionis, vt infrà patebit. Si hoc argumentum valeret, ſequeretur, quod omnis propoſitio eſſet vera, quià nulla propoſitio poſſet ſtare ſine veritate.

Reſpondeo nego antecedens; ad probationem dico, veritatem eſſe quidem proprietatem propoſitionis veræ, quià propoſitio ex genere ſuo præſcindit à verò, & á falſo, cum poſſit eſſe tam vera, quam falſa.

Inſtabis. propoſitio ex genere ſuo tendit in verum, cum ex genere ſuo ſic actus intellectus, qui habet pro

obiecto

obiecto verum, ergo adhuc viget argumentum. Sed contra actus intellectus tendit quidem in verum, vel reale, vel apparens non ſemper in verum reale, ſicuti actus volontatis tendit quidem ſemper in bonum, ſed vel reale vel apparens, ad hoc autem vt actus intellectus tendat potius in reale verum, quam apparens, debet dari aliquod ſuperadditum actui, & obiecto.

Arguunt ſecundò. poſito actu, & obiecto, ſtatim eſt poſita veritas, ergò veritas formalis non eſt aliquod diſtinctum ab actu, & obiecto. probatur antecedens. poſito actu, & obiecto ſunt poſita duo entia, ergo etiam ſtatim eſt poſita veritas, cum veritas ſit paſſio entis. Si primum antecedens benè examinetur nihil facit contra nos, nam ſicuti eſt vera iſta propoſitio *poſito igne ſtatim ponitur calor* & tamen calor realiter diſtinguitur ab igne, ita a pari poſſemus concedere, quod ſtatim ac eſt poſitus actus cum obiecto, ponatur veritas, attamen &c. Reſ-

Reſpondeo tamen directè, nego antecedens. quià cum actus indifferens ſit ad veritatem, & falſitatem, ideò non ſtatim ac intelligitur actus, intelligitur veritas.

Inſtabis. quandò actus ab intellectu producitur, non producitur vt indifferens, quià quidquid producitur determinatum eſt, ergò tunc producitur vt determinatè verus. Sed contrà dico, quod quando actus producitur ab intellectu, producitur, vel vt determinatè verus, vel vt determinatè falſus, vndè ad hoc vt potius ſit determinatè verus, quam falſus indiget conformitate, vel realiter, vel formaliter ſuperaddita.

Arguunt tertiò. hæc conformitas ſuperaddita actui, & obiecto deberet mediare inter actum, & obiectum, ſed hoc non poteſt ſequi, & ſic probant minorem: quod eſt in vtroque extremo non poteſt mediare inter extrema, ſed hæc conformitas eſt tam in actu, quam in obiecto, cum vtrumque denominetur conforme, & verum, ergò.

Reſ-

Reſpondeo, hoc argumentum poſſe fieri etiam contrà modum inter materiam, & formam ſic. vnio non poteſt mediare inter materiam, & formam quià in ipſis reperitur, cum vtraque denominetur vnita, ſicuti ergo inibi reſponderetur, quod vnio mediat vt quo, inter extrema, & vt quod reperitur in ipſis extremis, ità &c. vel clarius conformitas actiuè ſumpta eſt in intellectu, paſſiuè in obiecto. tanquam nexus, & via mediat inter vtrumque.

Arguunt quartò. in ſolo actu conſiſtit veritas, ergò non conſiſtit in aliquo ſuperaddito actui, & obiecto. probatur antecedens. veritas eſt expreſſio obiecti, ſed ſolus actus eſt expreſſiuus obiecti, ergò in ſolo actu conſiſtit veritas.

Reſpondeo negando antecedens ad id, quod additur dico, ſolum actum eſſe quidem expreſſiuum ſed quià expreſſio non conſiſtit tantumodo in expreſſiuo, ſed etiam in re expreſſa, & etiam in modo exprimendi, ideò non conſiſtit veritas in ſolo actu, ſed etiam

in

in obiecto, & in conformitate vtrique ſuperaddita.

Arguunt quintò ſolus actus eſt imago obiecti, ergo ſolus actus eſt verus, ſicque in ipſo ſolo conſiſtit veritas.

Reſpondeo, in ſola imagine non conſiſtere veritatem, ſicuti enim ſolus filius eſt imago patris generantis, & tamen in ſolo filio non conſiſtit generatio, ità, licet ſolus actus ſit imago obiecti veri, tamen in ipſo ſolo non conſiſtit veritas.

Arguunt ſextò. actus eſt totus verus, ergo tota veritas conſiſtit in actu, ſicque gratis fingitur entitas ſuperaddita. antecedens ſic oſtenditur. quia nihil eſt in actu, quod non ſit verum: antecedens iam patet, eſſe æquiuocum, nam hæc propoſitio *actus eſt totus verus* poteſt facere duplicem ſenſum vel enim facit ſenſum, quod nihil ſit falſum in actu, vel facit ſenſum, quod tota veritas conſiſtat in ſolo actu, hoc ſecundum eſt falſum licet primum ſit verum, vt potes habere exemplum in hoc alia propoſitione *totus calor pro-*

ducens eſt calefactiuus, & tamen totà calefactio non conſiſtit in ſolo calore producente.

Reſpondeo directè concedo antecedens, nego conſequentiam, propter rationem æquiuocationis iam detectæ. Addo ad vberiorem doctrinam, illam propoſitionem in antecedenti poſitam ſi ſummatur in ſenſu formali eſſe falſam, quià aliquid datur in actu, quod in ſenſu formali non eſt verum, ſic affirmatio, vel negatio formaliter veræ non ſunt, quia eſt diuerſus conceptus affirmationis, & negationis, ac ſit conceptus veritatis, & falſitatis.

Arguunt vltimo. demus, quod actus propoſitionis ſit præſens, & obiectum ſit futurum tunc ſic. non poteſt dari conformitas, quæ ſuperaddatur actui præſenti, & obiecto futuro, ergo veritas non conſiſtit in ſuperaddito actui, & obiecto. antecedens ſic probatur. non poteſt dari conformitas, quæ ſecum identificit aliquod præſens, & aliquod futurum, ſecus eſſet ens rationis, ergò non poteſt dari conformitas ſuperaddita &c.

Hoc argumento magis, quam nos, complexiſtæ præmuntur, quod ſic oſtendo. non poteſt dari complexum, quod ſibi identificet actum præſentem, & obiectum futurum, ſecus eſset complexum chimericum, ergò veritas non poteſt conſiſtere in complexo ex actu, & obiecto.

Reſpondeo directè, non fore chimericam illam conformitatem, quæ ſibi identificaret actum præſentem, & obiectum futurum ſicuti non eſt chimerica natura Diuina, quæ in ſuis decretis habuit veritatem conſiſtentem in actu ab æterno præſenti, & in obiecto futuro, & ſicut non implicat, quod detur veritas etiamſi actus ſit ſpiritualis, & obiectum ſit materiale, ità non implicabit, quod detur veritas etiamſi actus ſit præſens, & obiectum ſit futurum.

Inſtabis. licet actus ſit ſpiritualis, & obiectum ſit materiale, tamen adhuc verificatur, quod ambo ſint præſentia, ergo non benè currit paritas allata. Sed contrà magis differunt

materiale, & ſpirituale, quam præſens & futurum, cum hæc ſecunda duo differant tantum extrinſecè, & quoad tempus, prima autem duo differrant intrinſecè, & quoad entitatem, ergo, ſi hoc non obſtante, veritas poteſt conſiſtere in actu ſpirituali, & obiecto materiali etiam poterit conſiſtere in actu præſenti, & in obiecto futuro.

DIFFICVLTAS XXII.

An veritas, & falſitas ſint de eſſentia primaria propoſitionis.

CONcluſio veritas, & falſitas ſunt quidem proprietates propoſitionis, non tamen de eſſentia primaria.

Probatur ità ſe habent veritas, & falſitas in propoſitione ſicuti riſibilitas in homine, ergo ſi iſta ſecunda non eſt de eſſentia primaria, neque &c. probatur antecedens riſibilitas eſt proprietas ſecundaria, quià ſupponit ante ſe & genus, & differentiam ſed etiam veritas, & falſitas ſupponunt ante ſe genus

genus, & differentiam, cùm ſupponant illam particulam *Oratio* pro genere, & illas alias *affirmatiua, vel negatiua* pro differentia, ergo &c.

Probatur ſecundò. quod eſt aliquod vel realiter, vel virtualiter ſuperadditum rei non eſt eſſentia primaria rei, ſed ex ſupradictis veritas, & falſitas ſunt quid ſaltem virtualiter ſuperadditum propoſitioni, nempè actui, & obiecto, ergò non ſunt primaria eſſentia propoſitionis Confirmo. argumento communi ſed efficaci. quod non ponitur in definitione propoſitionis non eſt de illius eſſentia primaria, ſed veritas, & falſitas non ponuntur in definitione propoſitionis, ergo non ſunt de eſsentia primaria propoſitionis minor non ignoratur ab illis, qui ſciunt quomodo definiatur ab Ariſtotele propoſitio.

Commune effugium aduerſariorum eſt, quod veritas, & falſitas ſint poſitæ in definitione propoſitionis ſaltem implicitè quod ſufficit. Sed contrà, in primis cum definitio ſit oratio

explicans eſsentiam requirit, quod ea, quæ ſunt de eſsentia primaria explicitè ponantur, non implicitè, quià ſi ponerentur implicitè eſset potius oratio implicans, quam explicans. Secundò ſi hoc effugium valeret ſequeretur, quod etiam omnipotentia eſset de primaria eſsentia Dei, quià ſi non explicitè ſaltem implicitè continetur in eius definitione.

Arguunt primò. non poteſt concipi propoſitio, quæ non ſit aut vera, aut falſa, ergo veritas, & falſitas ſunt de eſsentia primaria propoſitionis.

Reſpondeo negando antecedens poteſt enim concipi propoſitio, quæ habeat tantum affirmationem, vel negationem, cum iſta duo prædicata ſint de primario conceptu propoſitionis.

Inſtabis. ſaltem non dabitur à parte rei propoſitio, quæ non sit aut vera, aut falſa. Sed contra concedo antecedens, neque per hoc deducitur id, quod intenditur nam licet non detur à parte rei homo, qui non sit risibilis,

& tamen riſibilitas non eſt de eſsentia primaria hominis, ità cum proportione in caſu noſtro.

Arguunt ſecundò. eſſe ſicuti in ſe eſt eſt de eſsentia primaria propoſitionis, ſed veritas eſt eſse ſicuti in ſe eſt, ergo veritas eſt de eſſentia primaria propoſitionis.

Reſpondeo negando minorem quià veritas formalis conſiſtit quidem in cognoſci ſicuti in ſe eſt, non verò in eſſe ſicuti in ſe eſt, ſecus nulla vnquam fieret propoſitio falſa de Deo, quià Deus ſemper eſt, ſicuti in ſe eſt.

Inſtabis. rationale affirmari de homine, eſt hominem cognoſci ſicuti in ſe eſt, ſed hæc affirmatio eſt de eſsentia primaria propoſitionis, ergo etiam hoc cognoſci ſicuti in ſe eſt, erit de eſsentia primaria, ſicque &c. Sed contrà dico, affirmari eſse cognoſci ſicuti in ſe eſt de concomitanti, non de formali, quià affirmatio formaliter, & ex genere ſuo præſcindit, & à verò, & à falſo, cum poſſit fieri propoſitio affirmatiua, quæ ſit falſa.

Poſsent arguere tertiò. licet vel hic, vel ille locus determinatè non sit de eſsentia corporis tamen eſt de eſsentia ipsius, quod sit aut in vno, aut in alio, ergò etiam ſi veritas determinatè non ſit de eſsentia propositionis, erit tamen de eſsentia ipsius, quod sit vel vera, vel falſa.

Reſpondeo, hoc argumentum mihi fauere. quod sic oſtendo. Licet non poſſit dari corpus quod non sit aut hic aut alibi, tamen locus non eſt de eſsentia primaria corporis, ergo etiam ſi non detur propositio, quę non sit aut vera, aut falſa tamen veritas, & falsitas non ſunt eſsentia primaria ipſius.

Poſsent arguere quartò. affirmatio eſt de eſsentia primaria propositionis, ergo etiam veritas probatur conſequentia affirmatio conuertitur cum veritate, cum sit actus tendens in obiectum ſub ratione veri, ergo ſi affirmatio eſt de eſsentia primaria, &c.

Reſpondeo conceſso antecedenti, nego conſequentiam. Ad id quod additur

ditur dico, affirmationem tendere in obiectum affirmabile quantum eſt ex ſe, quod autem hoc obiectum ſit vel verum, vel falſum de hoc ipſa vt formaliter ſumpta non curat.

Inſtabis actus viſionis curat tendere in obiectum ſub ratione viſibilis, ergo etiam actus intellectus nempè affirmatio curat tendere in obiectum ſub ratione veri, cùm non minus viſibile ſpecificet actum viſionis, quam verum ſpecificet actum intellectus. Sed contra. ly *ſub ratione veri* habet anguem latentem in herba, nam vel ſignificat, quod actus intellectus tendat ſemper in obiectum ſub ratione cognoſcibilis, & in hoc ſenſu eſt verum, vel ſignificat quod tendat ſemper in obiectum, vt verè eſt in ſe, & in hoc ſenſu ſæpius eſt falſum.

✠

DIFFICVLTAS XXIII.

An eadem propoſitio poſſi tranſire de vera in falſam.

COnclusio non poteſt eadem propositio transire de vera in falſam. Conclusio procedit tùm de propositione neceſſaria, tùm de contingenti, & quidem de neceſsaria nullus dubitat, cum iſta vocetur propositio æternæ veritatis; quoad contingentem autem.

Probant aliqui ex eo, quod, cum tempus ſit de neceſſitate propoſitionis, & ex alia parte non poſſit propositio mutari in falſam, niſi mutato tempore: & tunc dicunt, non fore amplius eandem propositionem; ſed ego ſemper laboraui in aſſignanda diſparitate ad hoc argumentum. Licet aliquis locus ſit de neceſſitate corporis, tamen mutato hoc loco non mutatur hoc corpus, ergò licet aliquod tempus sit de neceſſitate propoſitionis, tamen mu-

tato hoc tempore, non mutatur hæc propoſitio.

Scio, poſſe dici diſparitatem conſiſtere in hoc, quod poſſit corpus nullibizari, non verò poſſit propoſitio nunquizari. Sed hæc diſparitas non facit ad caſum, quià intentum mei argumenti non eſt probare, quod propoſitio debeat eſſe nullo tempore, ſed eſt intentum probare, quod non ſit neceſſe, quod sit hoc tempore determinato.

Probatur igitur aliter sic. licet veritas, & falsitas non ſint eſſentia primaria propositionis, ſunt tamen proprietates ab ipſa emanantes, ergò non poteſt propositio vera transire in falſam. conſequentia sic oſtenditur. quià risibilitas eſt proprietas hominis, non poteſt homo mutari de risibili in non risibilem, ergo etiam quià veritas, & falsitas ſunt proprietates propositionis, non poteſt propositio vera tranſire in falſam. Vndè miror Serbellonum probare vnam propositionem veram, non poſſe tranſire, in falſam

quià veritas, & falſitas non ſint tantum paſſiones, ſed de eſſentia propoſitionis; cum ſufficiat, quod aliquid ſit paſſio ad hoc vt de vno, in aliud, mutari non poſſit.

Dices. eſſe quidem de proprietate propoſitionis aut veritatem, aut falſitatem indeterminatè non verò veritatem, vel falſitatem determinatè, vndè vna propositio vera etiam ſi tranſeat in falſam, adhuc habebit ſuam proprietatem sicque intrinſecè non erit mutata. Sed contrà verum eſt, quod veritas, vel falſitas indeterminatè sint proprietates propositionis vt sic, & in communi non verò propositionis talis, ideſt vel veræ, vel falſæ determinatè; quando autem in præſenti quæritur, an vna propositio poſſit transire de vera in falſam, non quæritur, de propoſitione vt sic, ſed de propoſitione tali, quià quæritur an propositio vera poſſit transire in falſam.

Arguunt primò. hæc propositio *Petrus ſtudet*, quæ in hoc inſtanti sit

vera

vera poteſt in alio inſtanti eſſe falſa; ergò vna propoſitio poteſt tranſire de vera in falſam. antecedens eſt clarum, quia in inſtanti ſequenti Petrus poteſt non ſtudere.

Reſponſio communis eſt, quod in inſtanti ſequenti non ſit amplius eadem propoſitio, quià cum in inſtanti ſequenti ſit mutatum tempus, quod eſt eſſentiale propoſitioni, ideò eſt etiam mutata propoſitio; ſed quià adhuc premuntur ſuprà data paritate de loco, ideò aliundè eſt querenda reſponſio.

Reſpondeo igitur, non fore amplius eandem propoſitionem, ob duplicem titulum quià ſcilicet prima propoſitio habebat pro ſua proprietate veritatem, ſecunda habet pro ſua proprietate falſitatem, & ſicuti quià potentia calefactiua eſt proprietas ignis, hac mutata mutaretur etiam concomitanter ignis, ità à pari &c.

Secundum caput quare non eſſet amplius eadem propoſitio eſt quià actus primæ propoſitionis tendebat in obie-

obiectum cognitum vt eſt in ſe, actus autem ſecundæ propoſitionis eſt actus rendens in obiectum aliter ac eſt in ſe, mutato autem actu remanet mutata propoſitio.

Arguunt ſecundò. debet dari aliqua diuerſitas inter propoſitiones neceſſarias, & contingentes, ergò ſi primæ non poſſunt mutari de veris in falſas, poterunt ſaltem mutari ſecundæ.

Reſpondeo, differentiam in hoc conſiſtere, quod obiecta propoſitionum neceſſariarum ſunt in ſe inuariabilia, obiecta autem propoſitionum contingentium ſunt in ſe variabilia; Cæterum in ordine ad propoſitionem tam neceſſaria, quam contingens, ſi ſemel vera eſt, ſemper vera eſt, propter rationes ſupra poſitas.

Inſtabis. obiectum eſt illud, quod ſpecificat actum, ergo ſi obiectum propoſitionis contingentis variabile eſt, etiam propoſitio ipſa poterit variari; Sed contrà verum eſt, quod variato obiecto variabitur etiam propoſitio ſed tamen tunc non erit amplius eadem,

dem,

dem, ſicque ſumus extrà caſum.

Arguunt tertiò hæc propoſitio *Petrus in hac hora ſedet* importat multa inſtantia, ergo in vno inſtanti poterit eſſe vera, in alio falſa.

Reſpondeo hanc propoſitionem ſumptam pro illo inſtanti, in quo eſt vera non eſſe eandem, ac pro illo inſtanti, in quo eſt falſa non quià præcisè (vt fert vulgata doctrina) mutato tempore mutetur propoſitio, ſed quià mutatur paſſio, nempè veritas. Vel dicas, ſemper fore veram relatiuè tamen ad illud inſtans, in quo habebat conformitatem cum ſuo obiecto; eo modo, quo hæc alia *Iudas peccauit* eſt ſemper vera relatiuè ad illud inſtans, in quo Iudas commiſit peccatum.

Inſtabis. ex conceſſis eſt ſemper vera illa propoſitio relatiuè ad illud inſtans, in quo fuit facta, ergò etiam erit ſemper eadem illa propoſitio relatiuè ad illud inſtans, in quo fuit facta, ergo eadem propoſitio poterit mutari de vera in falſam; Sed contrà concedo totum illud argumentum, nego id, quod

quod infertur, nam propoſitio vera ſumpta relatiuè ad illud inſtans, in quo fuit vera non poteſt dici mutata in falſam, cum ſemper ſit vera.

Arguunt quartò. propoſitio de peccato futuro Petriità eſt vera, vt poſſit tranſire in falſam ergo &c. probatur antecedens. ità Petrus peccabit, vt poſſit non peccare, ergo propoſitio de peccato futuro Petri ità eſt vera, vt poſſit tranſire in falſam.

Reſpondeo nego antecedens. ad id, quod additur dico, has duas propoſitiones *Petrus peccabit* & *Petrus poteſt non peccare* non eſſe vnam, & eandem rem, cum prima appellet futurum, ſecunda tantum poſſibile, vna ſupponat concurſum efficacem Dei, alia non.

Inſtabis peccatum futurum Petri eſt peccatum liberum, & quoad poſſibilitatem, & quoad futuritionem, ergo non tantum poterit mutari ſecunda propoſitio quæ appellat poſſibilitatem, ſed etiam prima, quæ appellat futuritionem, ſicque eadem propoſitio

de futuritione peccati poterit in falſam mutari. Sed contrà fateor, & ego, Petrum liberè peccaturum, ſed libertas conſiſtit in hoc quod quis poſſit non peccare ſi velit, per conſequens illa propoſitio de futuritione peccati ſufficit, quod poſſit mutari in poſſibile non peccatum vel ſi velis, quod mutetur in non futurum peccatum, adhuc non erit eadem propoſitio, quià prima affirmat futuritionem peccati, ſecunda negat.

Arguunt quintò ex ſuprà dictis veritas conſiſtit in entitate ſuperaddita actui, & obiecto. Hoc ſuppoſito ſic arguitur. quia modus eſt aliquid ſuperadditum inter materiam, & formam, adhuc variato ipſo non variatur materia, vel forma, ergo etiam, quià veritas eſt aliquod ſuperadditum propoſitioni, variata veritate non variabitur propoſitio, ſicque propoſitio manens eadem poteſt tranſire de vera in falſam.

Reſpondeo, diſparitatem eſſe, quià ita modus materiæ eſt nexus, vt non

ſit proprietas ipſius materiæ, at veritas ità eſt modus ſuperadditus, vt ſit paſſio, & proprietas ipſius propoſitionis, variata autem proprietate eſſentiali, variatur res. Poſſem addere, quod modus inter materiam, & formam realiter diſtinguitur ab vtraque, at magis probabile eſt, quod veritas diſtinguatur tantum virtualiter ab actu, & obiecto.

Arguunt vltimò. idem homo manens eſſentialiter idem modo bonus eſt, modo malus, ergo eadem propoſitio manens eſſentialiter eadem, modo vera eſt, modo falſa. conſequentia tenet; quià non minus bonitas eſt proprietas entis, quam veritas.

Reſpondeo, quod ſi loquamur de bonitate tranſcendentali, homo ſemper ſit bonus, cum ſemper ſit ens, & in hoc ſenſu argumentum nobis fauet, ſi autem loquamur de bonitate morali poteſt aſſignari hæc diſparitas, quod, cum bonitas ſpectet ad voluntatem, & voluntas hominis ſit deambulatoria, mirum non eſt, quod homo

poſſit

poſſit mutari de bono in malum, quod cum non verificetur de intellectu, ideò &c.

Inſtabis etiam intellectus hominis eſt deambulatorius, cum modò benè, modò malè intelligat, ergo ſemper currit paritas allata. Sed contrà dico, intellectum eſse deambulatorium in hoc ſenſu, quatenus nunc poteſt facere vnam propoſitionem veram, & in alio inſtanti aliam propoſitionem falſam, at non eſt deambulatorius in hoc alio ſenſu, quatenus poſſit facere, quod eadem propoſitio modo ſit vera, modo ſit falſa.

DIFFICVLTAS XXIV.

An de futuro contingenti detur determinata veritas.

COncluſio prima. qui negat, Deum determinatè cognoſcere futura contingentia non eſt homo, nedum Catholicus.

Probatur Deus cognoſcit ea omnia, quæ

quæ facit, ſed Deus eſt, qui facit futura, ergo Deus cognoſcit futura. maior patet, quià nulla apparet ratio, cur omnipotentia Dei magis ſe extendat quam cognitio Dei. Confirmatur Deus amat futura libera, ergo Deus cognoſcit futura libera conſequentia tenet ex illo axiomate *nihil volitum quin ſit præcognitum*. antecedens probatur. Deus ab eterno amauit Incarnationem vnigeniti ſui, ſed hæc erat futura liberè, ergo Deus amat futura libera.

Dices. primò contra probationem ſi valeret, quod Deus cognoſceret omnia ea, quæ facit valeret etiam, quod non cognoſceret ea omnia, quæ non faceret cum contrariorum eadem ſit natura, ſed eſt falſum, quod Deus non cognoſcat ea, quæ non facit, cum de facto cognoſcat peccata, quæ non facit, ergo &c. Sed contrà dico, contrariorum eſse eandem rationem, ſi cætera paria ſint, cum autem inter peccata, quæ non facit, & inter futura libera, quæ facit nulla detur paritas, ideò &c. Dices

Dices ſecundò contra confirmationem. Deus amat omnia etiam purè poſſibilia, & tamen ipſa non cognoſcit vt futura, ergo ex amore Dei non benè arguitur cognitio futurorum. Sed contrà. amor Dei erga purè poſſibilia eſt amor inefficax, & ſimplicis complacentiæ. amor erga futura eſt amor efficax, & operatiuus, vndè ex amore efficaci Dei dignoſcitur cognitio rerum futurarum in Deo.

Concluſio ſecunda. propoſitio contingens in ſe ante decretum nec eſt determinatè vera, nec determinatè falſa. Eſt Concluſio quæ indigeret lucerna Theologica, attamen quià hic ſolet agitari, hic etiam breuiter.

Probatur. antè decretum nulla datur futuritio, ergo antè decretum nulla datur determinata veritas de futuro, probatur antecedens, decretum ipſum eſt cauſa futuritionis, cum res a ſe ipſa non poſſit fieri futura, ergo antè decretum nulla datur futuritio. Confirmatur. res non fiunt exiſtentes niſi ſimul concurrat Omnipotentia Dei, ergo

etiam

etiam res non fiunt futuræ niſi concurrat decretum Dei, antecedens eſt omnium fere Catholicorum, probatur cõſequentia. ſi poſſent res ſinè Deo ſe extrahere de poſſibili ad futurum, poſſent etiam ſe extrahere de futuro ad præſens, ergo ſi de futuro ad præſens non datur tranſitus ſine Omnipotentia concurrente, neque de poſſibili ad futurum dabitur tranſitus ſine decreto ſtatuente.

Dices contrà hanc Confirmationem. magis requiritur ad hoc, vt res fiat præſens, quam ad hoc vt, res fiat futura cum ad primum requiratur acquiſitio actualis exiſtentiæ, non ſic ad ſecundum, ergo ex eo, quod res non poſſit fieri a ſe ipſa præſens, non bene deducitur, quod non poſſit a ſe ipſa fieri futura. Sed contrà fateor, quid minus requiri ad futuritionem rei, quam ad preſentiam cum tamen tam futuritio, quam præſentia rei creatæ ſint duo entia ab alio ideò a ſe eſſe non poſſunt, & ſicuti eſt verum, quod minus requiritur ad productionem accidentis, quam ad pro-

productionem ſubſtantiæ, & tamen vtraque ab alio eſt, ità a pari in noſtro caſu.

Concluſio tertia. quoad nos nulla datur determinata veritas naturaliter de futuro contingenti.

Probatur. veritas de futuro contingenti, vel poſſet nobis innoteſcere per effectum, vel per cauſam; non per effectum quià futurum, cum nundum ſit, nundum ſui habet operationem, non per cauſam, quià cauſa futuri, vt ſupra diximus, eſt decretum, quod nobis ocultum eſt, & non niſi per fidem manifeſtatur. Confirmatur. ſi poſſemus cognoſcere futura contingentia nulla vnquam daretur falſitas, hoc eſt abſurdum, ergo; probatur minor; inter reliqua contingentia futura poſſemus etiam cognoſcere futuram falſitatem, & ſic poſſemus illam pręcauere.

Dices aliud eſt, quod falſitas poſſet præcaueri aliud, quod de facto præcaueatur, ſicuti aliud eſt, quod peccatum poſſit vitari, aliud quod de facto vitetur; ergo ex eo, quod quis cognoſceret futuram

turam falſitatem, non per hoc ſemper actu præcaueret. Sed contrà ideò quis potens vitare peccatum, actu aliquando non vitat, quia trahitur ab obiecto delectabili, quod eſt in illo peccato, cum autem nullum obiectum delectabile appareat in falſitate, ideò quis potens illam præcauere, actu præcaueret.

Arguunt primò contra primam. cognitio Dei nequit terminare ad priuationem futuram, ergo non omnia futura contingentia cognoſcuntur a Deo. antecedens ſic oſtenditur. ad illud non terminat cognitio Dei, ad quod non terminat decretum Dei, ſed decretum Dei non terminat ad priuationem futuram, cum decretum Dei habeat pro termino aliquod poſitiuum, ergo. Confirmant. illud non cognoſcit Deus tanquam futurum, quod eius Omnipotentia non producit tanquam præſens; ſed Omnipotentia Dei non producit priuationem, ergo nec cognitio Dei terminat ad priuationem.

Reſpondeo nego antecedens; ad id, quod additur, dico, decretum Dei poſse

terminare, ſi non poſitiuè, ſaltem permiſſiuè ad priuationem futuram eo modo, quo terminat permiſſiuè ad peccatum in ſententia illorum, qui aſſerunt ipſum conſiſtere in negatiuo. Simili doctrina ſolues etiam Confirmationem.

Inſtabis. decernit poſitiuè omnia compoſita in fieri ergo etiam decernit poſitiuè omnem priuationem cum priuatio, & ipſa ſit compoſitum in fieri, vt dicam Deo dante in phyſicis. Sed contra dico, Deum decernere poſitiuè compoſita in fieri, ſed non quoad omnia eorum principia, ſed tantum poſitiuè ſe habet in ordine ad principia poſitiua, nempè in ordine ad materiam, & formam, imò ſi verum eſt, quod Deus decernat priuationem eo modo, quo principiat ipſa priuatio ſequitur, quod cum priuatio principiet negatiuè, etiam Deus &c.

Arguunt ſecundò. Si Deus cognoſcit omnia futura contingentia cognoſcit omnia ſimul, ſed aliqua nequeunt cognoſci ſimul, ergo omnia ipſa non

cognoſcit, probatur minor non poteſt Deus cognoſcere duo inſtantia ſimul, ergo non poteſt cognoſcere omnia contingentia ſimul. antecedens patet, quià cum duo inſtantia ſint ſucceſſiua, nequeunt ſimul cognoſci.

Reſpondeo, Deum debere omnia cognoſcere ſimultate actus, non ſimultate obiecti. ratio primi eſt quià cum in Deo omnia ſint Deus omnia etiam ſunt vnicus actus, ratio ſecundi eſt quià, ſicuti obiectum Diuinæ cognitionis aliquando eſt materiale, & hoc non obſtante Diuina cognitio eſt ſpiritualis, ità etiam obiectum poterit eſſe ſucceſſiuum, & tamen diuina cognitio erit tota ſimul.

Inſtabis. actus diuinæ cognitionis debet attingere obiectum vt eſt in ſe, ergò ſi obiectum eſt in ſe ſucceſſiuum etiam actus diuinæ cognitionis erit ſucceſſiuus. Sed contra: in primis retorqueo argumentum, diuina cognitio debet attingere obiectum vt eſt in ſe, ergo ſi obiectum ſit peccaminoſum, etiam diuina cognitio erit peccaminoſa?

ſa? directè igitur dico, debere diuinam cognitionem attingere obiectum vt eſt in ſe, ideſt attingere ipſius quiditatem, non verò ipſi debere aſſimilari imò, ſi attingeret obiectum ſimile ſibi, non attingeret obiectum vt eſt in ſe, quià nullum obiectum in ſe eſt ſimile Deo.

Arguunt tertiò contrà ſecundam: propoſitio etiam antè decretum eſt determinatè ens, ergo ante decretum eſt determinatè vera, conſequentia clara eſt, quià veritas eſt paſſio entis.

Confirmant. ex duabus contradictorijs propoſitionibus vna debet eſſe vera, altera falſa ex natura ſua, ergo vel ſit, vel non ſit decretum, dabitur propoſitio vera, vel falſa.

Reſpondeo, ante decretum propoſitionem fore ens poſſibile, & per conſequens habere etiam veritatem poſſibilem, non verò eſſe ens futurum, per conſequens nec habere veritatem de futuro. Ad Confirmationem dico, quod antè decretum non dantur duæ propoſitiones contradictoriè de futuro, cum ante decretum omnia ſint in maſſa purè poſſibilium.

Inſtabis. ante decretum datur ſaltem hæc propoſitio de futuro *hec res non erit* cum enim decretum ſit illud, quod facit, quod res erit ideò ante ipſum, res non erit. Sed contrà dico illam propoſitionem antè decretum eſſe veram negatiuè, quatenus antè decretum cum non detur aliqua propoſitio negans ly *non erit* ideò nec datur propoſitio ipſam deſtruens, at non ſic poſitiuè, quià illa propoſitio poſitiuè non verificatur, niſi poſt decretum ſtatuens hanc rem non eſſe futuram.

Arguunt quartò, quod non dat eſſe ſimpliciter propoſitioni, neque dat eſſe futurum propoſitioni, ſed decretum Dei non dat eſse ſimpliciter propoſitioni, ergo nec dat eſse futurum minor oſtenditur. quià ante decretum dantur propoſitiones de poſſibilibus.

Reſpondeo, maiorem eſse veram, ſi ly eſse ſimpliciter, & eſse futurum comparetur ad idem, & ſic erit verum quod id, quod non dat eſse ſimpliciter propoſitioni futuræ nec det futuritionem eidem, ſed quià in probatione eſse ſim-

ſimpliciter comparatur ad res poſſibiles, & eſse futurum ad eſse futuras, ideò &c. Habe de hoc exemplum. Quod non dat eſse ſimpliciter homini nec dat eſse rationale homini, at non verificatur, quod illud non det eſse rationale homini, quod non dat eſse ſimpliciter leoni.

Arguunt quintò contrà tertiam, magis accedunt ad noſtram notitiam futura, quam poſſibilia, ſed nos determinatè cognoſcimus veritatem poſsibilium, ergo etiam poterimus determinatè cognoſcere veritatem futurorum, probant maiorem illud magis accedit ad noſtram notitiam, quod magis participat de exiſtentia, cum mediante exiſtentia nos cognoſcamus eſsentiam, ſed futurum magis participat de exiſtentia quam poſſibile, nam futurum aliquando exiſtet, non ſic poſſibile, ergo.

Reſpondeo nego maiorem, cum enim poſsibilia ſint neceſſaria de ipſis poſſumus quid certò, & determinatè iudicare, quod non verificatur de fu-

turis contingentibus. ad id, quod additur de exiſtentia dico, in ordine ad cognitionem eſse futura ac ſi eſsent purè poſſibilia, cum id quod nunc non exiſtit, licet ſit aliquando extiturum, non poſſit iuuare meam cognitionem nunc, ſicuti id, quod nunc non eſt, licet ſit extiturum, non poteſt iuuare meam procurationem nunc.

Inſtabis. licet nunc non exiſtant preterita, attamen preterita poſsunt attingi a mea cognitione nunc, ergo etiam, licet nunc non exiſtant futura, poſsunt tamen attingi a mea cognitione nunc. Sed contra, diſparitas conſiſtit in hoc, quod habeo in me ſpecies rerum præteritarum, quæ mihi repreſentant ipſas res præteritas, at non habeo in me ſpecies rerum futurarum, quæ mihi repreſentent res futurus.

Arguunt ſextò. vel futurum contingens non poteſt determinate ſciri ratione futuritionis, vel ratione contingentiæ, non ratione futuritionis quia futurum cum poſſit etiam eſse neceſsarium, poteſt etiam certò affirma-

ri non ratione contingentiæ, quia vt alibi diximus res contingentes ſi ſumantur ſecundum eſsentiam poſsunt certò, & determinatè ſciri, ergo a primo ad vltimum futurum contingens poteſt determinatè ſciri.

Reſpondeo non poſse futurum contingens determinatè cognoſci ratione vtriuſque ex ſupradictis capitibus, & licet futurum vt ſic poſſit etiam eſse neceſsarium, non tamen futurum contingens ad id, quod additur de eſsentia rei contingentis dico, rem contingentem ſumptam quoad eſsentiam non eſse amplius contingentem, & ſic ſumus extra ſtadium, in quo currebamus.

Arguunt vltimò. Certò cognoſcimus hanc propoſitionem *prædeſtinatio ſuum ſortietur effectum* ſed hæc eſt de futuro contingente, cum ſalus hominis ſit in libertate hominis, ergo poteſt dari determinata veritas de futuro contingenti.

Reſpondeo illam propoſitionem eſse extrà quæſtionem, quam nos hic

agitamus, nam nos non agitamus, an res infallibiliter futura, ſit futura nam ſic eſset queſtio ridicula, cum autem ſciamus, quod effectus prædeſtinationis Dei ſit infalibiliter futurus, ideò &c. agitatur ergo quæſtio, an homo poſſit cognoſcere, hanc rem eſse futuram, non verò, an ſuppoſita infalibilitate futuritionis res ſit futura.

Inſtabis. omnia ſubijciuntur infallibili determinationi Dei, ergo ſi in ſenſu ſuprà explicato agitaretur hæc queſtio de nullo futuro poſſet quæſtio agitari. Sed contrà agitamus quæſtionem quià neſcimus, quid de hoc, vel illo determinauerit Deus, non verò quià ſuppoſita cognitione determinationis Dei, certè ego non cognoſcam, illud a Deo determinatum debere eſſe futurum.

DIFFICVLTAS XXV.

An detur vna propoſitio verior alia intenſiuè.

COncluſio ſi negatur maior, & minor intenſio veritatis debet negari quælibet alia intenſio.

Probatur. omnia argumenta, quæ deſtruunt maiorem, & minorem intenſionem veritatis; deſtruunt etiam quamlibet aliam intenſionem, ergo ſi negatur maior, & minor intenſio veritatis, negatur etiam &c. antecedens probabitur afferendo omnia argumenta contrariorum.

Primum argumentum eſt, quia veritas non ſuſcipit magis & minus, non habet gradus; conſiſtit in indiuiſibili, quæ omnia ſynonima ſunt; Sed omnes iſtæ propoſitiones ſupponuntur quidem, ſed non probantur, & dicunt id, quod eſt in quæſtione, nam dicere, quod veritas non habeat gradus, & quod non ſuſcipiat magis, & minus eſt idem

ac dicere, quod veritas non ſuſcipiat maiorem, vel minorem intenſionem, & hoc eſt ipſiſſimum, quod quæritur, tam enim poſſet dici, quod calor, & frigus non ſuſcipiant magis, & minus in ratione caloris præcisè, & frigoris.

Dices licet in ratione caloris, & frigoris præcisè iſtæ qualitates non ſuſcipiant magis, & minus tamen in ratione maioris, vel minoris caloris poſſunt ſuſcipere magis, & minus, quod non verificatur de veritate. Sed contrà vtor pro me hac eadem doctrina, & ſic diſcurro. Licet in ratione veritatis præcisè veritas non ſuſcipiat magis, & minus tamen ſuſcipiet magis, & minus in ratione maioris, vel minoris, veritatis; & hæc doctrina ſemper ſtabit, vſque quo non aſſignetur diſparitas.

Secundum argumentum eſt, quià veritas conſiſtit in conformitate actus ad obiectum, ſed non datur vna conformitas maior alia, ergo nec vna veritas maior alia minorem ſic oſtendunt quia tam eſt conformis ſuo obiecto iſte actus, quo dico *Deus eſt* quam ſit con-

formis

formis ſuo obiecto iſte alius actus; *homo eſt animal*. Sed contra: hoc etiam argumentum deſtruit intenſionem caloris, & frigoris quod ſic oſtendo. Calor conſiſtit in potentia calefactiua, frigus in potentia frigefactiua, ſed tam eſt frigefactiuum frigus vt vnum, quam ſit frigus vt ſex, ergo non datur vnum frigus maius alio. Sicut ergo dicerent aduerſarij, quod frigus vt vnum, & frigus vt ſex ambo ſunt frigefactiua, ſed vnum magis quam aliud, ita dico ego, quod duo actus ſuprapoſitio ambo ſunt veri, ſed vnus magis, quam alius.

Dices, Deum vtpotè immutabilem non eſſe capacem maioris intenſionis per conſequens illa propoſitio *Deus eſt* non poteſt eſſe verior alia intenſiuè. Sed contra dico Deum non eſſe capacem intenſionis factæ per gradus realiter ſeparabiles, non ſic per gradus virtualiter diſtinctos, vel non eſſe capacem intenſionis de nuouo ſuperuenientis; non verò intenſionis, quæ ſecum ſemper fuerit identificata.

Tertium argumentum, quod poſſet fieri eſt, quia veritas cum ſit proprietas propoſitionis non poteſt pati maiorem, vel minorem intenſionem eo modo, quo riſibilitas, quæ eſt proprietas hominis non poteſt eſſe maior, vel minor ſed in omnibus æqualis eſt. Sed contra ideò non datur maior vel minor riſibilitas, quia in ſententia communiſſima, non datur maior, vel minor rationalitas vndè conueniens non eſt, quod creſcat ramus non creſcente radice, cum autem detur vna propoſitio maior, & nobilior alia ideò poteſt etiam dari proprietas propoſitionis maior, vel minor alia.

Dices primò. propoſitio cum ſit actus ſpiritualis, & indiuiſibilis non poteſt eſſe maior, vel minor ergo nec eius proprietas, poteſt eſſe maior, vel minor. Sed contrà etiam ſi concederetur, actum intellectus eſſe indiuiſibilem, cum tamen propoſitio in ipſo ſolo non conſiſtat, ſed etiam in obiecto, & nexu inter vtrumque, ideò adhuc ſaluaretur, quod cum poſſit dari maius, vel

vel minus obiectum poſſit etiam dari maior, vel minor propoſitio. Addo, quod licet actus ſit indiuiſibilis realiter ſit tamen diuiſibilis virtualiter, quod ſufficit ad ſaluandam maiorem, vel minorem intenſionem.

Dices ſecundò. dentur duæ propoſitiones, quarum vtraque affirmet vnum tantum obiectum; tunc sic: tunc vna ex his propoſitionibus non erit maior alia, ergo nec erit verior alia. Sed contrà. hæc inſtantia militat etiam in calore nam si dentur duo calores, quorum vterque ſit vt vnum, vnus calor non erit alio maior, & tamen in calore non negatur intenſio. directè tamen dico, quod adhuc datis duabus propoſitionibus, quarum vtraque ſit de vnico tantum obiecto, adhuc vna poteſt eſſe verior alia intenſiuè, quia vnum obiectum intimius, & quò ad plures formalitates cognoſci poteſt, quam aliud.

Quartum argumentum, quod poſſet fieri eſt quià, ſicuti in ratione ſpiritualitatis Deus non ſuperat hominem, ita in ratione veritatis vna non ſuperat

rat aliam; ſed quis non videt, hoc argumentum poſſe etiam fieri contra maiorem, vel minorem intenſionem gratiæ ſic. In ratione ſpiritualitatis Deus non ſuperat hominem, ergo in ratione gratiæ vna aliam non ſuperat, & ecce parem facis gratiam Beatæ Virginis gratiæ cuiuslibet alterius Sancti. His argumentis ſolutis, remanet modo videndum, quid nos poſitiuè in fauorem noſtrum afferre poſſimus.

Probatur igitur primò ſic. magis diſtinguuntur inter ſe duæ propoſitiones, quarum vna ſit neceſſaria, & alia contingens, quam duæ propoſitiones ambæ contingentes, ſed per aduerſarios, ex duabus propoſitionibus contingentibus, vna eſt verior alia extenſiuè, ergo ex duabus propoſitionibus quarum vna ſit neceſſaria alia contingens, vna erit verior alia intenſiuè. Confirmo veritas A. ſumpta ſimul cum veritate B. facit propoſitionem magis veram extenſiuè, ergo duæ veritates A, ideſt duæ veritates, quæ ſint in eadem propoſitione facient veritatem

maio-

maiorem intenſiuè conſequentia tenet ex paritate duplicis ſubiecti, in quo ſi ponatur qualitas, facit extenſionem, ſi autem ponatur in eodem ſubiecto, facit intenſionem.

Probatur ſecundò. dato quolibet actu bono, poteſt magis, & magis intendi, ergò dato quolibet actu verò poteſt magis, & magis intendi, non enim video, quas maiores vires habeat volontas in ordine ad actum bonum, quam intellectus in ordine ad actum verum; nec recurrendum eſt ad rancida illa, & ſimul male vſurpata axiomata, quod ſcilicet veritas conſiſtat in indiuiſibili, non habeat gradus &c. nam difficile aſſignabitur ratio cur actus verus consiſtat in indiuiſibili, non sic actus bonus.

Dices eſt alia ſufficiens diſparitas aſſignabilis consiſtens in eo, quod veritas eſt vna, non sic eſt vna bonitas, & sic prima poteſt consiſtere in indiuiſibili, non sic ſecunda. Sed contrà veritas dicitur vna, non quia gradus non habeat, ſed quià non diuiditur in diuerſas

uerſas veritates eo modo quo hæreſes diuiduntur in diuerſas ſectas, vndè patet æquiuocatio reſponſionis; & si vis exemplum Theologicum, ſed notum etiam ruſticis attende. Dicitur, quod Trinitas sit vna, non quià excludat tres perſonalitates, ſed quià excludit diuerſas Trinitates,

Probatur tertiò. Faciamus hanc propoſitionem *homo eſt animal* intellectus eſt indifferens ad addendum ly *animal*, vel hunc terminum *rationale*, vel hunc alium *doctum* tunc sic diſcurritur. magis eſt intrinſecum rationale animali, quam sit intrinſeca doctrina, ergo si ly *doctum* additum animali faceret propoſitionem extensiuè veriorem, ly rationale additum animali faciet propoſitionem intensiuè veriorem.

Dices. tam doctrina, quam animalitas ſunt in eodem ſubiecto, nempè in eodem homine, ergo tam doctrina additur animali deberet facere propoſitionem intensiuè veriorem, quam faciat rationalitas addita animalitati,

quæ enim ſunt in eodem ſubiecto intenſionem faciunt; non extenſionem. Sed contra quando duo, quæ ſunt in eodem ſubiecto ſunt in eodem genere, tunc faciunt ſimul intenſionem, non ſic ſi ſint in diuerſo genere, ſic calor, etiam ſi ſit in eodem ligno cum albedine, non facit tamen intenſionem cum ipſa; cum igitur animalitas ſit in genere eſſentiali, doctrina in genere accidentali ſequitur &c.

Quæres primò, an ſicuti datur vna propoſitio verior alia intenſiuè, detur etiam vna propoſitio neceſſarior alia intenſiuè.

Reſpondeo affirmatiuè, in primis quià neceſſitas, & veritas propoſitionis conuertuntur, ſicut ergo datur vna propoſitio verior alia intenſiuè, ità etiam non videtur neganda vna propoſitio neceſſarior alia intenſiuè. Confirmo. poſſunt dari duæ propoſitiones quarum vna affirmet vnum obiectum neceſſarium, alia autem duo obiecta neceſſaria, ſed hæc ſecunda erit neceſſarior prima intenſiuè, ergo &c. mi-

norem

norem ſic oſtendo, vnum prædicatum neceſſarium additum alteri predicato neceſſario facit cum ipſo intenſionem, non extenſionem, ergo propoſitio affirmans duo prædicata neceſſaria eſt propoſitio intenſiuè neceſſarior, quam illa, quæ affirmet vnicum tantum.

Hæc doctrina melius roboratur hac paritate. quia gradus caloris additus alteri gradui penetratur cum illo facit cum illo intenſionem, ergo etiam quià vnum prædicatum neceſſarium non ſolùm penetratur, ſed identificatur cum alio facit cum illo neceſſitatem maiorem intenſiuè.

Dices primò neceſſitas conſiſtit in identitate ſubiecti cum prædicato, cum igitur tam identificentur duo prędicata cum ſubiecto, quam vnicum tantum prædicatum cum eodem ſubiecto, ſequitur, quod non detur vna neceſſitas maior alia intenſiuè. Sed contrà nego ly *tam* nam duo prædicata addunt aliquid plus ſubiecto, quam vnicum tantum prædicatum, & ſicuti per aduerſarios, ſi addantur ſubiecto

tria

tria prædicata non identificata ſit propoſitio maior extenſiuè, ità etiam ſi addantur plura prædicata identificata facient propoſitionem magis neceſſarium intenſiuè.

Dices ſecundò. qualitas quæ poteſt intendi poteſt remitti, vt patet in luce, quæ ſicuti poteſt fieri maior, poteſt etiam fieri minor, ſed neceſſitas non poteſt remitti, cum non poſſit detrahi aliquod prædicatum neceſſarium a ſubiecto, ergo neque poterit intendi ſicque non dabitur vna neceſſitas maior alia intenſiuè. Sed contrà in primis retorqueo argumentum ſic. quantitas quæ poteſt extendi poteſt etiam reſtringi, ſed per aduerſarios neceſſitas non poteſt reſtringi, ergo nec poterit extendi, ſicque non dabitur vna neceſſitas maior alia extenſiuè, quod tamen aſſeritur ab aduerſarijs.

Directè igitur reſpondetur, neceſſitatem non poſſe diminui realiter propter rationem attactam in obiectione, benè tamen intentionaliter, quatenus de duobus prædicatis neceſſarijs po-

teſt

teſt intellectus vnum affirmare, non aliud.

Quæres ſecundò, an propoſitio vt ſic conueniat vniuocè propoſitioni affirmatiuæ, & negatiuæ. ſuppono, vniuoca illa eſſe, quorum nomen commune eſt, & ratio eadem.

Reſpondeo affirmatiuè. ratio eſt quià tam affirmatiua, quàm negatiua vocantur propoſitiones. Ecce conuenientia quoad nomen. rurſus tam affirmatiua, quam negatiua ſunt orationes aliquid de alio dicentes; eccè conuenientia quoad rationem. Confirmo ratio rationalis, & rugibilis non tollit conuenientiam genericam in ratione animalis, ergo ratio affirmatiui, & negatiui non tollit conuenientiam genericam in ratione propoſitionis vt ſic.

Dices primò, non poſſunt propoſitio affirmatiua, & negatiua conuenire in hoc, quod aliquid de alio dicatur, quià in propoſitione negatiua tantum abeſt, quod aliquid de alio dicatur, quod potius aliquid de alio negatur. Sed contrà ly *dicere* dupliceꝛ ſummitur

vel

vel componendo, vel diuidendo, ſi ſummatur componendo inportat affirmationem de alio, si verò ſummatur diuidendo importat negationem de alio, vndè directè dico, propositionem negatiuam aliquid dicere de alio diuidendo, non componendo.

Dices ſecundò. minus conueniunt inter ſe duæ propositiones, quarum vna ſit affirmatiua, & alia negatiua, quam duæ propoſitiones ambæ affirmatiuæ, ſed duæ propoſitiones ambæ affirmatiuæ conueniunt vniuocè, ergo &c. Sed contra in primis hoc argumentum mihi fauet, ſi enim minus conueniunt, aliquo modo conueniunt, nam comparatiuum ſupponit ſemper poſitiuum deindè dico, duas propoſitiones affirmatiuas magis conuenire, quià conueniunt etiam in ratione affirmationis, quod tamen non tollit quin propoſitio affirmatiua, & negatiua non poſſint conuenire in ratione propoſitionis vt sic.

Deducas ex dictis, non ſolum propositionem vt sic conuenire vniuocè

pro-

propoſitioni affirmatiuæ, & negatiuæ ſed etiam propoſitioni veræ, & falſæ neceſſariæ, & contingenti hypotheticæ, & abſolutæ, militat enim vbique eadem ratio. nec duo ex inferioribus debent eſſe deterioris conditionis, quam ſint alia duo contenta ſub eadem linea.

DIFFICVLSTAS XXVI.

An dentur propoſitiones per ſe notæ.

Concluſio. non datur propoſitio ita per ſe nota poſitiuè, vt aliquo modo probari non poſſit: aduerte, propoſitionem, per ſe notam poſitiuè illam eſſe, quæ nullo modo probari poteſt, & propoſitionem per ſe notam negatiuè illam, quæ licet poſſit probari tamen probatione non indiget; hanc ſecundam concedimus, primam negamus.

Probatur primò, niſi velimus deſtruere ſumulas debemus fateri, genus

Inductionis eſſe bonum genus probationis, ſed hoc conceſſo ſtatim eſt clarum, quamlibet propoſitionem poſſe probari, ergo. minorem ſic oſtendo inductione plurium particularium probantur propoſitiones vniuerſales, ergo probantur etiam prima principia vniuerſalia, ſicque non dantur &c. Confirmo. magis dictat Creatura à Primò principio productionis, quam diſtet propoſitio particularis à primo Principio probationis, ſed hoc non obſtante, per Creaturam probatur primum principium productionis, ergo per particularem propoſitionem poteſt probari primum Principium probationis.

Probo ſecundò. quælibet propoſitio, quæ hodiè ſit maior, poteſt cras eſſe Concluſio, ergo cum quodlibet primum principium poſſit eſſe maior in aliquo Sylogiſmo, poterit etiam fieri Concluſio ſicque probari. Confirmo. ſpecies quæ eſt Accidens poteſt repreſentare ſubſtantiam, ergo etiam ſpecies quæ ſit particularis poterit repre-

repreſentare propoſitionem vniuerſalem,& ſi poteſt repreſentare cur non probare?

Dices primò contra ſecundam probationem. licet quælibet res, quæ hodiè eſt cauſa aliquandò fuerit effectus, non tamen cauſa prima aliquando fuit effectus, ergò etiam ſi quælibet maior, quæ non ſit primum principium poſſit aliquando eſſe Concluſio, tamen non poterit eſſe illa, quæ eſt primum principium. Sed contra in primis habet hoc Deus ex titulo ſuæ Aſſeitatis. Secundò etiam cauſa prima in genere probationis poteſt eſſe non prima, cum poſſit eſſe obiectum Concluſionis.

Dices ſecundò contra Confirmationem. non benè ex eo, quod aliquid repreſentetur deducitur quod probetur, quià repreſentans non influit in rem, quæ repreſentatur, benè autem probans influit in rem probatam. Sed Contra in primis in mea ſententia etiam ſpecies repreſentans, cum ſit comprincipium, influit in repreſentationem. ſecundò. influere in

pro-

probatum nihil aliud eſt, quam rem probare, & clarificare, non verò eſt influere producendo, vnde, etiam ſi particularis cauſa non poſſet influere productiuè in vniuerſalem effectum, poteſt tamen probatiuè.

Arguunt primò. prima principia probant omnia, ergo non poſsunt ab alijs probari, cum vltra omnia nihil detur. Confirmant. prima non poſſunt ſupponere ante ſe aliquid aliud, ergo non poſsunt ante ſe ſupponere aliquod probatiuum. ſi primum argumentum valeret actum eſset de metaphysica, quæ, cum ex Ariſtotele probet omnia, ideò non poſset probari, sic nec eſse ſcientia.

Reſpondeo, prima principia probare omnia ſub ratione communi, non ſub ratione particulari, propterea ſub ratione particulari poterunt & ipſa probari, eo modo, quo ens vt sic ſub ratione communi omnia continet, non ſub ratione particulari, propterea enti vt sic ſub ratione particulari aliquid addi poteſt. ad Confirmationem,

M dico,

dico, prima principia ſub ratione primi nihil ante ſe ſupponere poſſe, benè tamen ſub ea ratione, ſub qua poſſunt eſſe principia probata.

Inſtabis. ergò ſaltem prima principia, pro vt formaliter prima non poterunt probari. Sed contra concedo id, quod infertur. quid tùm? an ne ego vnquam dixi, quod prima principia poſſent probari ſub omni formalitate? ſi hoc debuiſſem dicere teneret etiam aſſerere, prima principia poſſe probari ſub ea ratione, ſub qua ſunt nota lumine naturæ, quo nihil abſurdus. ſufficit ergo, quod prima principia ſub aliqua formalitate poſſint probari, ad hoc vt verificetur, non dari propoſitionem per ſe notam poſitiuè.

Arguunt ſecundò. ſi propoſitiones particulares cauſarent, ſeu probarent propoſitionem vniuerſalem, & primum principium, ſequeretur, vel quod Inferius cauſaret ſuum ſuperius, vel quod daretur mutua cauſalitas, quæ omnia abſurda ſunt. quod autem ſequeretur primum ſic oſtenditur. quià

pro-

propoſitio particularis eſt Inferior propoſitione vniuerſali, & tamen ipſam cauſaret, quia ipſam probaret.

Eſt etiam clarum, quod ſequeretur ſecundum, quia ex vna parte prima principia probant omnes propoſitiones particulares, & ex alia probarentur per ipſas, & hæc manifeſtè eſt mutua cauſalitas. duplici telo duplex Clipeus adhibendus eſt.

Reſpondeo ergò ad primum, quod ſi illud argumentum eſſet verum neque Creatura poſſet probare Deum, cum Creatura ſit quid inferius ad Deum; in ſtatu ergo obiectiuo cum omnia ſint paria, ideò vnum poteſt aliud probare.

Reſpondeo ad ſecundum, etiam illam rationem nimis probare nam probat etiam, vnam propoſitionem particularem non poſſe probare aliam particularem, quia ſic daretur mutua cauſalitas. directè tamen dico, vnam propoſitionem, vt aliundè cognitam poſſe probare propoſitionem vniuerſalem, nec tunc eſſet mutua cauſalitas niſi impropria, quia cauſalitas propria

eſt quando duo ſe cauſant quo ad idem eſſe.

Inſtabis propoſitio particularis cauſaret vniuerſalem quo ad idem eſſe obiectiuum, in quo cauſatur, ergo daretur mutua cauſalitas vera, & rigoroſa. Sed contra eſſe obiectiuum patitur latitudinem, & ideò poteſt dari eſſe obiectiuum, ideſt eſſe cognitum lumine naturali, & eſſe cognitum per diſcurſum. primò modo propoſitio particularis non cauſaret propoſitionem vniuerſalem, benè autem ſecundo modo.

Arguunt tertiò. ad probandam hanc propoſitionem. *omne totum eſt maius ſua parte* requiritur, quod cognoſcantur omnia omninò tota, ſed hoc eſt moraliter impoſſibile ergo, hæc propoſitio non poteſt probari. maior sic probatur, quia ſi omnia tota non cognoſcantur non poterit cum veritate dici *omne totum eſt maius ſua parte*. quia illud non eſt omne, eſtra quod vnum tantum reperiatur.

Reſpondeo, quod ſi valeret hoc

argu-

argumentum, actum eſſet de Inductionibus, quæ probant propoſitiones vniuerſales, etiam si non inducantur omnes omninò particulares. igitur directè, nego maiorem. quia ad verificandam illam propoſitionem poſitam in obiectione ſufficit cognoſcere, quod duo, vel tria tota sint maiora ſuis partibus: quia sic deinde poterit argui. quod verificatur de duobus, vel tribus eſſentialiter verificatur de omnibus contentis in illa linea, ſed de duobus, vel tribus totis eſſentialiter verificatur quod sint quid maius ſua parte ergò.

Inſtabis. non omnia tota ſunt in eadem linea, nam totum integrale non eſt in eadem linea cum toto ſubſtantiali, & totum ſpirituale non eſt in eadem linea cum toto materiali. Sed contrà verum eſt, tota non eſſe in eadem linea infima ſunt tamen in eadem linea ſubalterna, & conueniunt in ratione totius. & sicuti, quia eſſe principium ſenſitiuum conuenit Animali, qua Animal eſt conuenit etiam omni Animali, ita quia eſſe maius ſua parte

conuenit toti, qua totum eſt, conuenire debet omni toti.

Arguunt quartò. primum ſubiectum receptionis non poteſt in alio recipi, ergo primum principium probationis non poteſt ab alio probari. Antecedens patet, quia materia quæ eſt ſubiectum primum non poteſt in alio recipi.

Reſpondeo, plura poſse fieri in ſtatu obiectiuo, ſeù probatiuo, quæ non poſsunt fieri in ſtatu reali, cum ſtatus obiectiuus vt potè tendens in omne verum, latius habeat dominium ſuum. licet ergo ſubiectum primum quod eſt in ſtatu reali non poſſit in alio recipi, poterit tamen aliquod principium probationis aliundè probari. quia in ipſo duplicem formalitatem adinuenit Intellectus, nempe formalitatem primi, & formalitatem deducti a particularibus.

Addo, quod ſi præter materiam illam, quæ eſt ſubiectum primum daretur alia materia, fortaſſe nouum eſset, ſed non improbabile, quod vna mate-

ria reciperetur in alia, & adhuc verificaretur, quod eſset ſubiectum primum reſpectu formarum, & reſpectu quantitatis. cum autem vltra prima principia dentur propoſitiones particulares, ideo paritas non valet.

DIFFICVLTAS XXVII.

An, & quomodo præmiſſæ ſint cauſæ Concluſionis.

Concluſio prima. nullum eſt argumentum conuincens, præmiſsas eſse veras cauſas Concluſionis. eſt concluſio aliqualiter fauens Durando, qui apud Serbellonum Quæſt. 1. art. 4. de Syllogiſmo dicit, impoſſibile eſse quod vnus actus Intellectus ſit cauſa alterius, ſed hanc impoſſibilitatem non aprobo.

Primum argumentum, quod poſset afferri eſt quia. Concluſio, vt formaliter talis dicit ab aliquo fieri, ſed non dicit fieri ſimpliciter ab Intellectu, quia Intellectus eſt quidem produ-

ctiuus intellectionis at non Intellectio-
nis deductæ, debet igitur dari aliquid,
quod det hanc denominationem de-
ducti, ſicque præmiſsæ debent concur-
rere vt cauſæ ad Concluſionem. ve-
rum hoc argumentum non eſt efficax
quia ad ſummum probat præmiſsas,
eſse conditiones ad concluſionem, non
ſic veras cauſas influentes. dicit ergo
Concluſio fieri ab Intellectu, ſed in eo
ſtatu, in quo ſunt requiſita, & condi-
tiones nempe præmiſsæ.

Et hoc clarius oſtenditur in igne-
factione, quæ non prouenit ab igne
præciſè, ſed ab igne approximato, &
tamen approximatio eſt cauſa ignefa-
ctionis, ſed ad ſummum conditio; ad
id additur de denominatione deducti
dico, illud prouenire ab Intellectu,
ſuppoſitis præmiſſis tamquam condi-
tionibus.

Inſtabis. conditio non habet deno-
minare, cum hoc ſit proprium formæ
denominantis, ergo ſi præmiſsæ ſe ha-
berent præciſè veluti conditio, non
poſsent denominare concluſionem,

tan-

tanquam deductam. ſed Contra. nunquam dixi, quod præmiſsæ denominarent Concluſionem, ſed quod ſe haberent tamquam conditiones ad talem denominationem, quæ deinde tribuitur ab Intellectu, qui eſt potentia deducens vnum ab alio.

Secundum argumentum, quod poſſet fieri eſt quia. magis eſt proportionatus actus cum actu, quam potentia cum actu, ergo magis conueniens eſt, quod actus præmiſsarum ſint cauſæ actus Concluſionis quam, quod cauſa Concluſionis ſit ſola potentia intellectiua. ſi hoc argumentum valeret ſequeretur, quod etiam præmiſsæ potius deberent prouenire à Concluſione quam ab Intellectu cum magis ſit proportionatus actus ad actum, quam potentia ad actum.

Reſpondeo, Antecedens eſse verum ad ſummum de proportione materiali non de formali, quæ proportio formalis conſiſtit in continentia alicuius producibilis in virtute producentis, cæterum ſi deberet attendi proportio

materialis ſequeretur, quod minor propoſitio deberet producere potius aliam minorem, quam Concluſionem, quia minor materialiter eſt magis proportionata alteri minori, quam ſit proportionata Conclusioni.

Conclusio ſecunda. ex ſuppoſitione, quod præmiſsæ ſint aliqualiter cauſæ Concluſionis probabilius eſt, quod ſint cauſæ efficientes.

Probat Serbellonus simul cum alijs hanc Conclusionem ex eo, quod Præmiſsæ vniuntur simul cum cauſa efficiente, nempè cum Intellectu, & sicuti ex eo, quod lumen gloriæ vniatur ſimul cum Intellectu in ordine ad viſionem beatificam dicitur, lumen gloriæ eſſe cauſam efficientem viſionis, ita à pari ſi actus præmiſſarum vniantur cum cauſa efficiente in ordine ad Concluſionem ſunt &c. verum, licet hoc argumentum ſua probabilitate non careat; attamen premitur in hoc, quod licet forma vniatur cum cauſa materiali, & ipſam compleat non per hoc benè deducitur, quod etiam ipſa

forma

forma ſit cauſa materialis, ergo neque per hoc præcisè quod pręmiſſæ vniantur cum Intellectu, & ipſum compleant, ſeù determinent in ordine ad Concluſionem, non per hoc benè deducitur, quod sint cauſæ efficientes Concluſionis.

Probatur igitur in primis ſic. quia vt infra videbimus non ſunt cauſæ in alio genere nec materiali, nec formali, nec finalí, ergo ex ſuppoſitione, quod aliquo modo debeant eſſe cauſæ debent eſse cauſæ efficientes. ſecundò ſic. medium conducens ad aliquem finem, ſi aliud non obſtat, efficienter cauſat illum finem, ſed præmiſſæ ex vna parte ſunt media conducentia ad Concluſionem, & ex alia nihil obſtare videtur, ergo præmiſsæ cauſant efficienter Conclusionem.

Arguunt primò contra hanc ſecundam. quod non eſt non poteſt efficienter producere, ſed dum fit concluſio præmiſsæ amplius non ſunt, ergo non poſſunt efficienter producere. Minor clara eſt. quia dum fit Concluſio præ-

miſsæ iam prætererunt. hoc argumentum, bona pace, non militat tantum contra cauſam efficientem, ſed etiam contra materialem, & formalem, nam & ipſæ, ſi non ſint, cauſare non poſsunt.

Reſpondeo duplici via. in primis dicendo, quod probabile eſt, quod dum fit Conclusio, vt infra, cognoſcantur etiam præmiſsę, & sic tunc adhuc ſunt. ſecundò quod, licet dum fit Conclusio, non ſint amplius præmiſsæ in ſe, ſunt tamen quo ad ſuas ſpecies, quæ vicem gerentes præmiſſarum, poſsunt efficienter concurrere ad Conclusionem.

Arguunt ſecundò. actus Intellectus ex veteri axiomate ſteriles ſunt, ergo actus præmiſsarum non poſsunt producere actum Conclusionis. Hæc pariter obiectio non tantum cauſam efficientem diruit, ſed omnes alias cauſas.

Reſpondeo, illud axioma vel eſse intelligendum, quod actus Intellectus ſint ſteriles in ordine ad opera externa, vel quod ſint ſteriles ex ſe, non

verò,

verò, vt vniti cum potentia fæcunda; nempè cum potentia Intellectiua; & hoc clarum eſt in organis corporeis, quæ (ſecundum aliquos) ex ſe ſolis non poſsunt producere actus immanentes, vt tamen vnita cum Anima, ipſos poſſunt producere.

Inſtabis actus voluntatis etiam vt vnitus cum principio volitiuo ſunt in fæcundi, ergo etiam actus intellectus etiam vt vniti cum principio intellectiuo erunt tales. Antecedens ſic oſtenditur. quia ſi actus voluntatis eſset fæcundus ſequeretur, quod quis poſt elicitum primum actum meritorium, ſemper de continuo mereretur, quia talis primus actus eſſet fæcundus aliorum actuum: ſed contra licet ex vi paritatis poſſet ſine ſcrupulo concedi, quod primus actus poſſet concurrere cum voluntate ad alium actum poſitis omnibus alijs requiſitis nempe auxilio Diuino, imperio voluntatis, &c. attamen ſubſilitatis gratia.

Reſpondeo, poſse aſſignari ſufficien-

tem diſparitatem in hoc, quod voluntas non eſt deductiua vnius ab alio, & ſic vnus actus non poteſt eſse cauſa alterius actus à ſe deducti, at Intellectus eſt deductiuus Concluſionis a præmiſſis, per conſequens vnus actus poteſt eſse cauſa alterius actus à ſe deducti.

Arguunt tertiò, præmiſsæ ſunt potius cauſæ materiales; quod ſic probatur. Concluſio, cum conſtet ex terminis præmiſsarum conſtat etiam ex præmiſſis; illud autem, ex quo aliquid conſtat eſt materia illius. quam bellè hoc argumentum probat etiam, Concluſionem eſse cauſam materialem præmiſsarum, cum etiam præmiſsæ conſtent ex ijsdem terminis, ex quibus conſtat concluſio.

Reſponſio communis eſt, quia licet Concluſio habeat eoſdem terminos habet tamen diuerſo modo, & per conſequens non habet eamdem materiam ac habent præmiſsæ. ſed ego vim patior in hac paritate. licet corpus humanum diuerſo modo ſumatur

in ordine ad Animam, ac in ordine ad alia accidentia (quippè in ordine ad primam eſt ſubiectum informationis in ordine ad ſecunda eſt ſubiectum tantum Inhæſionis) attamen eſt vera materia in ordine ad vtraque, ergò licet termini ſe habeant diuerſo modo in ordine ad præmiſsas, & ad Concluſionem tamen non tollitur, quin poſſint eſse materia reſpectu eiuſdem.

Reſpondeo igitur cum alijs præmiſſas ad ſummum ſumptas obiectiuè eſſe materiam Concluſionis; non ſic ſumptas formaliter ratio primi eſt quia idem eſt obiectum Concluſionis ac præmiſſarum, at non idem eſt actus, quia actus præmiſſarum diſtinguuntur ab actu Concluſionis.

Arguunt quartò. cauſa efficiens debet eſſe cauſa extrinſeca, ſed præmiſſæ non ſunt cauſæ eſtrinſecæ Concluſionis, ergo non ſunt cauſæ efficientes Concluſionis. Probatur minor, eo modo præmiſſæ ſunt intrinſecæ cum Concluſione, quo ſunt intrinſecæ cum vno tertiò nempè cum Intellectu ergo ſi

præ-

præmiſſæ cum Intellectu ſe habent vt cauſæ intrinſecæ, etiam erunt intrinſecæ cum Concluſione. clarius potuiſſent Aduerſarij proponere hoc argumentum ſic. quæ ſunt intrinſeca cum tertiò ſunt intrinſeca inter ſe, ſed præmiſſæ, & Concluſio ſunt intrinſecæ cum tertiò; nempè cum Intellectu, ergo etiam inter ſe, ſicque præmiſſæ non ſunt cauſæ extrinſecæ Concluſionis.

Reſpondeo, illud axioma tantam fidem mereri, quantam meretur hoc aliud, *quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe*, quod, vel totaliter iam falſum compertum eſt, vel mille modis explicatur. ad ſummum ergo Concluſio, & præmiſſæ erunt intrinſecæ ſubiectiuè quatenus erunt in eodem ſubiecto, nõ verò cauſatiuè propter rationes toties repetitas.

Diſ;

DIFFICVLTAS XXVIII.

An aſſenſus Concluſionis includat aſſenſum præmiſſarum.

COncluſio. vtraque ſententia poteſt ſuſtineri problematicè.

Prima ratio, quæ affertur pro parte affirmatiua eſt, quia implicat, quod aſſentiamur Concluſioni vt formaliter tali, & deductæ niſi cognoſcamus aliquo modo id, ex quo deducitur, ſicut implicat cognoſcere effectum, vt formaliter talem, niſi aliquo modo cognoſcamus cauſam.

Solet reſponderi, quod ad hoc, vt aſſentiamur Concluſioni, vt formaliter tali, ſufficit, quod ante habuerimus aſſenſum præmiſſarum, & de hoc aſſenſu nos recordemur. Sed hæc reſponſio poteſt impugnare, quia in primis difficilè eſt, quod recordemur de aſſenſu niſi aliquo modo aſſentiamur, propter maximam connexionem, quæ eſt inter vnum aſſenſum, & alium. ſe-

cundò poteſt ſic impugnari; diuerſo modo includitur in præmiſſis cognitio cauſæ influentis ac cognitio puræ, & ſimplicis conditionis, ſed ex ſupradictis in ſecunda Concluſione diffic. præcedentis probabilius eſt, quod præmiſſæ ſint cauſæ efficientes, non pura conditio, ergo ſi pura conditio ſufficit, quod ſit cognita ante, præmiſſæ debent cognoſci in ipſo aſſenſu Concluſionis.

Secunda ratio eſt quia. dum elicitur actus fidei, cognoſcitur motiuum fidei nempè diuina reuelatio, ſed etiam præmiſſæ ſunt motiuum Concluſionis, ergo dum cognoſcitur Concluſio cognoſcuntur præmiſſæ.

Reſpondent, duplicem eſſe diſparitatem. in primis, actus fidei, cum ſit indiuiſibilis, ſi tunc non cognoſcit motiuum fidei nunquam cognoſcitur; at in Sylogiſmo, cum dentur tres actus ſi in vltimo, nempè in Concluſione, non cognoſcantur præmiſſæ parum refert, quia adhuc potuerunt cognoſci in duobus actibus Antecedentibus. Secunda

diſpa-

diſparitas eſt, quia diuina reuelatio eſt motiuum formale fidei, at præmiſſæ ſunt quidem ad ſummum cauſæ efficientes, at non motiua formalia Concluſionis.

Prima diſparitas ſic impugnatur. quod modo non eſt, etiam ſi ante fuerit, eſt reſpectu huius nunc ac ſi nunquam fuerit, ſed præmiſſæ etiam ſi in actibus antecedentibus fuerint, reſpectu Concluſionis hic, & nunc ſunt, ac ſi nunquam fuerint, ergo Concluſio eodem modo ſe habet reſpectu ſui motiui, ac ſe habeat actus fidei.

Secunda autem diſparitas, directè ſic impugnatur. ideò eſt motiuum formale diuina reuelatio reſpectu fidei quia interroganti quare credis? reſpondetur *quia Deus reuelauit*, ſed etiam interroganti quare concludis reſpondetur, *quia præmiſſæ me cogunt*, ergo etiam præmiſſæ ſunt veluti motiuum formale reſpectu Concluſionis.

Dices iterum, in Sylogiſmo, qui non ſit in forma, & in prima figura non poteſt quis dicere, *quia præmiſſæ me co-*

gunt

gunt ideò concludo quia, cum poſſit hæc conſequentia negari, poteſt etiam non fieri, ergo adhuc primum argumentum eſt in ſuo robore. ſed contra dico, quod ly *cogunt* non debet intelligi rigorosè quatenus adeò conuincat Intellectum vt non poſſit diſſentiri, ſed quatenus iudicat expediens Intellectus, quod poſitis præmiſſis ponatur etiam Concluſio.

Tertia ratio eſt, quia voluntas eodem actu, quo vult finem, vult etiam media ergo etiam Intellectus eodem actu, quo aſſentietur Concluſioni aſſentitur etiam præmiſſis, ſeù quod idem eſt, ipſas cognoſcit.

Serbellonus reſpondet concedendo, quod præmiſſæ, pro vt habent rationem medij attingantur eodem actu, quo attinguntur præmiſsæ, non ſic autem præmiſſæ ſecundum ſe, quia præmiſſæ ſecundum ſe, dicunt tantum vnionem ſubiecti cum prædicato. ſi tantum concedit Serbellonus totum concedit, quod volunt aſſertores huius ſententiæ, qui non contendunt, quod

præ-

præmiſſæ, vt præciſè dicentes vnionem cum ſubiecto cognoſcantur in Concluſione, ſed vt dicunt relationem ad ipſam Concluſionem per conſequens vt ſunt media ad ipſam.

Quarta ratio eſt, quia implicat attingere duo vt identificata inter ſe, niſi attingantur vt identificata cum tertiò in præmiſſis, ergo implicat attingere Concluſionem, niſi pariter attingantur præmiſſæ.

Poſset reſponderi, ſufficere, quod ſupponantur identificata cum tertiò in præmiſſis non verò, quod in eodem inſtanti debeant cognoſci vt identificata cum tertiò ſed Contra. cauſa, quæ nunc non eſt, nunc non poteſt operari, ergo cognitio identitatis duorum cum tertiò, ſi non ſit quando eſt Concluſio, nec poterit influere in identitatem duorum inter ſe in ipſa Concluſione poſitam.

Rationes pro alia ſententia.

PRima ratio eſt quia. Poſtquam ſemel cognoui bonitatem obiecti, non

non eſt neceſsè, quod iterum ipſam cognoſcam in actu amoris, ſed ſtatim amo, ergo, etiam poſt quam cognoui in præmiſſis ipſarum vim, non eſt neceſse, quod iterum ipſas cognoſcam in Concluſione.

Reſpondetur, diſparitatem eſse, quia amor eſt actus voluntatis, cognitio eſt actus Intellectus per conſequens non eſse mirum, quod in actu amoris non includatur cognitio. at cognitio præmiſſarum, & cognitio Concluſionis ſunt duo actus Intellectus, per conſequens vna poteſt ſtare ſimul cum alia. ſed contra in primis tam diſtinguitur virtualiter potentia iudicatiua verſans circà præmiſſas, a potentia diſcurſiua verſante circa Concluſionem, ac potentia amatiua, a potentia Intellectiua, ergo, quo ad hoc, debent currere pari paſſu.

Secundò. quia ſi ad hoc, vt aliquid includatur in alio ſufficeret, quod ſint ab eadem potentia ſequeretur, quod amor includeretur in odio quia. ſunt ab eadem voluntate, ergo hoc quod eſt

eſt ab eadem potentia prouenire impertinenter ſe habet in ordine ad hoc, quod vnum includatur, vel non includatur in alio.

Secunda ratio eſt quia. in ſimplici propoſitione cognoſcuntur duo identificata inter ſe, etiam ſi non ſint identificatam cum tertiò, ergo etiam in Concluſione poſſunt cognoſci duo identificata inter ſe, etiam ſi non ſint identificata cum tertiò in præmiſſis, ſeù etiam ſi hæc identitas cum tertiò non cognoſcatur.

Reſpondent, facilem eſſe diſparitatem; quia ſimplex propoſitio nullam dicit ad aliam connexionem, propterea non curat de identitate cum tertiò, at cum Concluſio dicat connexionem ideò &c. fateor hanc reſponſionem difficiliter poſse impugnari. occurrunt tamen duo verba, quæ tamen nolo vt valida venditare. quælibet propoſitio poteſt fieri & Concluſio, & præmiſsa, ergo quælibet propoſitio, & ſi ſimplex deberet habere aliquam connexionem, cum connexio conſeruetur etiam

ſi

ſi actu non exerceatur, ergo ſimplex propoſitio in ordine ad connexionem eſt, ac ſi eſſet Concluſio; & hoc confirmatur exemplo, cauſa tantum productiua quamuis non producat habet ſuam connexionem, ergo etiam ſimplex propoſitio, quamuis actu non ſit Concluſio quia tamen poteſt eſſe, ideò habebit ſuam connexionem, ſicque, quo ad hoc caput connexionis erit, ac ſi actu eſſet Concluſio.

Tertia ratio eſt, quia cognitio neceſſaria non includit cognitionem per accidens, at, ſi includeretur cognitio præmiſſarum in cognitione concluſionis, hoc ſequeretur; quia neceſſarium eſt poſitis præmiſſis concludere, non tamen neceſſarium eſt ipſas præmiſſas elicere.

Reſpondent, poſſe eandem cognitionem terminare ad ſubſtantiam, & accidens eo modo, quo eadem productio poteſt terminare ad vtrumque. ſed Contra. poſſet impugnari ſic hæc reſponſio. quia aliud eſt, quod productio poſſit terminare ad vtrumque, aliud

aliud eſt, quod neceſſariò debeat ad vtrumque terminari. primum verum eſt, ſecundum eſt falſum. hoc totum aplico caſui noſtro & dico, quod aliud eſt quod dum cognoſcitur Concluſio poſſint etiam cognoſci præmiſſæ aliud, quod debeant. primum aſſeritur ab au-ctoribus huius ſententiæ, vel ſaltem difficultatem non haberent in hoc aſſe-rendo, ſecundum negatur.

Quarta ratio eſt quia ſi aſſenſus Concluſionis includeret aſsenſum præ-miſsarum, eſset integer diſcurſus, ſed hoc non videtur dicendam, ergo maior conſtat, quia integer diſcurſus nil aliud includit niſi aſsenſum præmiſſarum, & Concluſionis.

Reſpondent, Concluſionem non fore integrum diſcurſum, quia inte-ger diſcurſus non eſt concluſio, & præ-miſſæ quomodocumque, ſed concluſio, & præmiſsæ quæ fiant, dum autem in Concluſione cognoſcuntur præmiſsæ, non fiunt præmiſsæ, ſed denuo cogno-ſcuntur iam factæ ſed contra impu-gnatur reſponſio. quia ſaltem cogni-

tio Concluſionis eſset cognitio integri diſcurſus, quod pariter videtur abſurdum, ſecus non diſtingueretur cognitio ſolius Concluſionis a cognitione omnium trium propoſitionum.

Aliter reſpondetur ab alijs, dicentibus, quod fieri præmiſsarum nihil aliud eſt, quam ipſas cognoſci, adeòque ſi in Concluſione cognoſcuntur in concluſione fiunt. ſed meridiana luce cæcutit qui ſic arguit. in primis quia confundit cognitionem directam cum reflexa, ſecundò, quia Deus non facit peccata, dum peccata cognoſcit, tertiò quia dum Intellectus noſter cognoſcit ſuos actus præteritos, non per hoc facit ſecus Diuus Paulus, quando cognoſcebat ſua peccata præterita, illa iterum feciſset.

Hæc ſunt, quæ in vtriuſque ſententiæ fauorem dici poſsunt. nemini me alligo, nulli ex impugnationibus me obſtringo; quia dixi quæ dici poſsent ab vtriuſque opinionis Auctoribus.

Diſ-

DIFFICVLTAS XXIX.

An poſitis præmiſſis neceſſitetur Homo ad aſſenſum Concluſionis.

COncluſio adhuc poſitis præmiſſis, homo non neceſſitatur ad aſſenſum Concluſionis.

Probant aliqui ex eo, quod homo non neceſſitatur niſi ad ſummum bonum, ergo neque neceſſitatur niſi ad ſummum verum, ſed Concluſio non eſt ſummum verum, ergo homo ad ipſam non neceſſitatur. Sed bona pace hæc probatio, præterquam quod apud aliquos difficultatem inueniret in minori, ſcilicet apud eos, qui dicunt, non dari vnam propoſitionem veriorem alia intenſiuè, in quorum ſententia propoſitio eſt ſummum verum, ſic etiam impugnatur directè.

Ratio ſummi boni etiam euidenter cogniti in via, non neceſſitat voluntatem, ergo nec ratio ſummi veri etiam euidentur cogniti in via neceſſitat In-

tellectum. quod ſi dicatur, diſparitatem eſſe, quia Intellectus eſt potentia neceſſaria, non ſic voluntas. adhuc ſic inſurgo. Voluntas quia eſt libera non neceſſitatur niſi a ſummo bono. ergo Intellectus, quia eſt potentia neceſſaria neceſſitabitur etiam a vero non ſummo, ſicque ratio ſummi impertinenter ſe habet ad neceſſitatem.

Nec valet dicere, quod ideò Deus in Patria neceſſitat, quia eſt ſummum bonum nam, etiam omiſſa difficultate illa, quæ laborat in aſſignanda ratione, cur Beati in Cælis non ſint liberi; adhuc habemus ſcopulos in eo, quod etiam reſpectu viæ ſit ſummum bonum, nec tamen neceſſitat.

Probatur igitur aliundè ſic. poſita aprehenſione poteſt Intellectus non elicere Iudicium, ergo poſitis præmiſſis poteſt Intellectus non elicere concluſionem. Conſequentia ſic oſtenditur. tam conſtat Iudicium ex duobus terminis aprehenſis, quam Concluſio ex obiectis præmiſſarum, ergo ſi poſita aprehenſione poteſt Intellectus non

elicere iudicium, etiam poſitis præmiſſis poterit non elicere Concluſionem. Confirmatur poſitis præmiſſis poterit voluntas imperare ne aſſentiatur Concluſioni, vel quod aliò ſe diuertat, ergo poterit Intellectus non aſſentior Concluſioni, ſicque non neceſſitatur.

Probatur ſecundò. datur Aſſenſus liber, & meritorius, ergo datur aſſenſus, ad quem Intellectus non neceſſitatur. Antecedens eſt clarum in actibus fidei, qui ſunt liberi, & meritorij.

Dices, meritum non dari propter Concluſionem, vt Concluſio eſt, ſed propter Concluſionem, vt præcisè fidei eſt, ſecunda eſt libera non ſic prima. Sed Contra facio hunc Sylogiſmum. *Omne reuelatum eſt verum ſed Chriſtum eſſe Hominem eſt reuelatum, ergo Chriſtum eße Hominem eſt verum,* tunc ſic arguo. illud quod eſt meritorium in hoc Sylogiſmo eſt illa Conſequentia, ſed illa eſt vera Concluſio & Probatur Minor; illa Concluſio quia ſequitur debiliorem partem ideò eſt

particularis, ſed illa Concluſio quæ ſequitur debiliorem partem in Sylogiſmo eſt vera Concluſio etiam vt Concluſio eſt, ſi enim eſſet Concluſio vt præcisè fidei, non curaret de parte debiliori ergo illa Concluſio non tantum vt fidei eſt, ſed etiam vt Concluſio, eſt eſt libera, & meritoria.

Dices ſecundò. eſſet incidere in ſententiam aſserentem, aliquod naturale poſſe mereri præmium ſupernaturale, ſi diceretur Concluſionem vt Concluſio eſt, poſse mereri. ſed Contra. abſit ſcandalum. nam illa ſententia aſserebat, ſolum naturale ſine adiutorio ſupernaturali, poſse mereri aliquod ſupernaturale, quam doctrinam ego deteſtor. ſed dico, Concluſionem vt deductam ſimul cum adiutorio fidei ſupernaturalis eſse meritoriam.

Arguunt primò. Potentia neceſsaria, poſitis requiſitis, debet operari, ſed Intellectus eſt potentia neceſsaria, & dum ſunt poſitæ præmiſsę, ſunt poſita requiſita, ergo debet neceſsariò concludere. vide quæſo quam benè

retorqueatur hoc argumentum. potentia neceſsaria poſitis requiſitis debet neceſsariò operari; ſed poſito imperio voluntatis in ordine ad ſuſpenſionem, ſunt poſita requiſita in ordine ad talem ſuſpenſionem, ergo debet ſuſpendere Concluſionem. tu vide in quo defficiat.

Reſpondeo directè, potentiam neceſsariam poſitis requiſitis, debere operari, ſi aliundè non impediatur, non ſic ſi aliundè impediatur ideſt vel per imperium voluntatis, vel per diuerſionem ad alia &c. & ſicuti, etiam ſi ignis ſit proximus, tamen per interpoſitionem alicuius medij non calefaciet ita a pari. quod ſi velis rem ſubſilius examinare videbis, quod quando non datur conſenſus voluntatis, non dantur omnia requiſita, & ſic etiam ex hoc capite non tenebitur Intellectus aſſentiri.

Inſtabis. voluntas non poteſt imperare memoriæ, nè recordetur, ergo neque poterit imperare Intellectui nè aſsentiatur. Antecedens clarum eſt,

 quia

quia velit, nolit voluntas memoria recordatur aliquando triſtium. Sed Contra. fateor voluntatem non habere idem dominium ſupra omnes potentias, cum ſupra aliquas ſit tantum ciuile, vt ſupra nutritiuam, & memoratiuam, ſupra alias deſpoticum vt ſupra intellectiuam, & motiuam.

Alia etiam non ſpernenda diſparitas poſset dari inter intellectiuam potentiam, & memoratiuam, quia ſcilicet hæc ſecunda habet pro obiecto res pręteritas, quæ ſicuti non ita ſunt ſub Dominio Dei, ſicut res præſentes, ità nec ſunt ità ſub Dominio voluntatis, ſicuti res præſentes.

Arguunt ſecundò. poſito viſibili non poteſt impediri viſio ergo poſitis præmiſſis non poteſt impediri Concluſio. tanta enim videtur connexio inter viſum, & viſibile, quanta inter Concluſionem, & præmiſſas. hoc argumentum potius fauet Concluſioni, quam aduerſetur. nam ſicuti poſito viſibili poteſt impediri viſio, ita poſitis præmiſſis poterit impediri Concluſio, vt

tamen aliquid medullitus inueſtigemus.

Reſpondeo Tranſeat Antecedens, quod poſſet negari, nego conſequentiam quia connexio viſus cum viſibili eſt connexio rei, quæ non ita eſt ſub dominio voluntatis cum potentiæ ſenſitiuæ non ita obediant voluntati, ſicuti potentiæ ſpirituales.

Inſtabis. tanta eſt diſtantia inter voluntatem, & viſionem, quanta eſt inter voluntatem, & Intellectum, quod ſic probatur: nam tam implicat, quod Intellectus videat, quam quod velit, cum actus immanentes ſint alligati ſuo principio; ergo ſi voluntas nequit imperare oculo, neque poterit imperare Intellectui. Sed Contra: in primis in ſententia identificante realiter potentias cum Animà, voluntas identicè & intelligit, & videt in alia autem ſententia, dicendum eſt in genere elicitiuo tantam eſſe diſtantiam inter Intellectum, & voluntatem, quam inter voluntatem, & oculum, non ſic in genere imperatiuo, propter rationem ſu-

 pra

pra datam in reſponſione.

Inſtabis. ſecundò. conuenientius eſſet, quod etiam in genere imperatiuo ſubeſſet voluntati oculus, qui eſt potentia inferior, quam Intellectus, qui eſt potentia ſuperior, ergo ſi hoc non obſtante oculus non ſubeſt voluntati, neque Intellectus debet ipſi ſubeſſe in genere imperatiuo. Sed Contra vera eſt Doctrina, ſi oculus æquè eſſet in iuriſdictione voluntatis ſicut eſt Intellectus, vndè inferioritas oculi reſpectu Intellectus eſt inferioritas materialis, & eſt ſicuti inferioritas ruſtici Galli, reſpectu Marchionis Mediolanenſis, & tamen Rex Hiſpaniæ habet Iuriſdictionem in Marchionem Mediolanenſem, non ſic in ruſticum Gallum.

Arguunt tertiò. ſi poſitis præmiſſis, ſequeretur, quod poſſet non concludi, eſſet falſum illud decantatum axioma *quæ ſunt eadem vni tertiò ſunt eadem inter ſe*, ſed hoc non debet dici, ergo. Min. clarificatur, quia poſtquam Intellectus identificaſſet in præmiſſis duo cum medio termino, non identificaret

duo inter ſe in Concluſione. ſi hoc argumentum fieret Caramueli, rideret, cum teneat (& ego idem iudico) hoc axioma continere pluſquam centum falſitates.

Reſpondeo tamen directè Negando Sequelam. quia licet ex parte Intellectus, aliundè ſe diuertentis, non identificarentur duo inter ſe, tamen ex parte obiecti adhuc daretur illa identitas, quæ ſufficit ad ſaluandum axioma. cæterum ſi noſtra cognitio, influeret in obiectiuam veritatem, ſequeretur, quod tot miſteria fidei eſſent falſa, quia toties non ſolum non cognoſcuntur, ſed poſitiuè negantur ab Hæreticis.

Inſtabis. quando ſuſpenderetur Concluſio non daretur obiectum Concluſum, quia non daretur actus concludens, ergo neque daretur veritas ex parte obiecti. Sed Contra conceſſo Antecedenti Diſtinguo Conſequens. ex parte obiecti vt formaliter concluſi, concedo, vt formaliter obiecti nego. termini ſufficienter patent.

Arguunt quartò. debet dari inter

voluntatem habentem omnia requiſita, & Intellectum pariter habentem omnia requiſita, aliqua diuerſitas ergò ſi voluntas habens omnia requiſita ad aſſenſum poteſt non aſſentiri, Intellectus non poterit non concludere.

Reſpondeo hanc eſſe diſparitatem, quod voluntas poſitis requiſitis eſt potentia libera tum eliciriuè, tùm imperatiuè, non ſic Intellectus, & quod voluntas, etiam ſi aliundè non diuerteretur, poſſet non aſſentiri, quod non ità facilè concederem de Intellectu.

Inſtabis. etiam voluntas debet aliundè diuerti, & aliquid aliud facere, cum implicet ſuſpenſio actus cuiuslibet. Sed Contra. ſi verum eſt Antecedens, eſt ad ſummum ex capite impotentiæ ad ſuſpendendum actum non ex capite libertatis, quod ſufficit pro noſtro intento.

✠

DIP.

DIFFICVLTAS XXX.

Quid ſit ſentiendum de figura Galeni.

Concluſio. Figura Galeni, & diſtinguitur à prima, & aliquandò falſa eſt antequam probem hanc Concluſionem, aduerte figuram Galeni ideò ſic dici quià inuenta fuit à Galeno, & eſt illa, quæ prędicat medium terminum in maiori, & ſubijcit in minori, vt patet in hoc exemplo. Leo eſt Animal, aliquod Animal eſt rugibile, ergò aliquod rugibile eſt Leo.

Probatur modò prima pars primò; ſecunda figura diſtinguitur à tertia, ergò etiam figura Galeni à prima. Conſequentia ſic oſtenditur, tam diſtinguitur bis ſubijci, à bis prædicari, quam ſubijci in maiori, & non ſubijci in maiori, ſicut tam diſtinguuntur bis tria à bis ſex, quam tria, & non tria imò magis hæc duo vltima, ergo, cum figura Galeni reſpectu primæ ſe habeat

habeat ſicuti prædicari in maiori, & non prædicari medium terminum in maiori ſequitur, quod diſtinguantur,

Dices: per hoc, quod tam prima quam tertia figura ſubijciant in maiori, non per hoc ſunt eadem figura, ergo è contra nec per hoc, quod figura Galeni prædicat in maiori, non ſic prima figura, debet dici quod inter ſe diſtinguantur, ſicuti enim affirmatio non eſt cauſa affirmationis, ità negatio non debet eſse cauſa negationis. ſed Contra. in prompta eſt diſparitas, nam in primo caſu habemus caput, vndè prima figura diſtinguatur à tertia licet in vtraque medius terminus ſubijciatur in maiori, quia ſcilicet ſubijci in prima figura eſt cum exigentia ad prędicationem in minori, ſubijci in tertia eſt cum exigentia ad iterum ſubijci in minori, cum autem non habeamus validum caput, vndè dicamus, figuram Galeni eſse eandem cum prima, ideò &c.

Probatur ſecundò. per omnes Aduerſarios in figura Galeni tranſlocantur

tur propoſitiones, ergò variatur figura. Probatur Conſequentia. dum translocantur propoſitiones translocantur etiam termini, cum ille terminus, qui erat in minori prędicatum, fiat prædicatum in maiori, ſed per translocationem terminorum variantur figuræ ergo.

Probatur ſecunda pars. in hoc Sylogiſmo. *Aliqua Creatura eſt ſubſtantia, aliqua ſubſtantia eſt Deus, ergo aliqua Creatura eſt Deus*; ecce conſequentiam ne dum falſam, ſed etiam Hæreticam. ergò figura Galeni aliquando inducit falſitatem.

Dices etiam in ſecunda figura poteſt contingere falſitas, vt ſi quis dicat *Aſinus habet aures, Petrus habet aures, ergo Petrus eſt Aſinus*. Sed Contra. nihil eſt contra me; nam ego nunquam dixi, quod in ſola figura Galeni poſſit contingere falſitas, ſed dixi, quod etiam in ipſa poſſit contingere falſitas. quod ſi interroges quare admittatur communiter vna, non alia, dico quia ſic voluere priores; cæterum

in

in ordine ad vtilitatem cenſeo figuram Galeni, ſecundam, & tertiam eſse in eadem naui, & parum vtiles eſse Phyloſophantibus, imò melius conſilium eſt ipſis rariſſimè vti.

Arguunt primò. translocatio propoſitionum non variat figuram, ſed figura Galeni non diſtinguitur à prima, niſi per translocationem propoſitionum, ergo non eſt in diuerſa figura. Antecedens oſtenditur paritate. per hoc, quod homo ponatur ab hoc in alio loco non diſtinguitur ſpecie, ergo à pari &c.

Reſpondeo, translocationem propoſitionum tunc non variare figuram, quando in hac translocatione ſeruatur idem medius terminus, & eadem ipſius diſpoſitio, ſed quando variatur hæc diſpoſitio vt contingit in figura Galeni, & in prima tunc variatur figura, quia figura nihil aliud eſt quam diſpoſitio medij termini.

Inſtabis Diſamis, & Datiſi ſunt in eadem figura, & tamen diſtinguuntur tantum per translocationem propoſitio-

ſitionum, ergo translocatio propoſitionum abſolutè non variat figuram. ſed Contra. Sylogiſmus in Diſamis, & in Datiſi habet hanc diuerſitatem quod vnus ponit pro maiori particularem affirmatiuam alius autem vniuerſalem pariter affirmatiuam, cæterum in vtroque medius terminus ſubijcitur & in maiori, & in minori.

Arguunt ſecundò. quod poteſt reduci ad primam figuram non diſtinguitur à prima figura, ſed etiam Figura Galeni poteſt reduci ad primam figuram, cum ad hoc faciendum ſufficiat mutare ordinem propoſitionum, ergo non diſtinguitur à prima figura. Bone Deus.

Reſpondeo negando falsiſſimam maiorem, nam etiam ſecunda, & tertia figura poſsunt reduci, & de facto reducuntur ad primam, & tamen diſtinguuntur à prima, vt patet conſideranti.

Arguunt tertiò. mutare maiorem Affirmatiuam, in negatiuam non variat figuram, ergo etiam ponere

maio-

maiorem loco minoris non variabit figuram, Conſequentia ſic oſtenditur. magis diſtinguuntur duo, quorum vnum ſit affirmatiuum, aliud negatiuum, quam duo affirmatiua, quorum vnum transferatur ad locum alterius, ergo magis deberet diſtingui maior Affirmatiua, & negatiua, quam maior poſita loco minoris.

Reſpondeo conceſſo Antecedenti, nego conſequentiam, diſparitas eſt, quià, qui mutat affirmatiuam in negatiuam adhuc ſeruat eandem diſpoſitionem medij termini, quià illa negatiua propoſitio adhuc poteſt ſubijcere, vel prædicare medium terminum eo modo, quo faciebat affirmatiua, quod cum non valeat in noſtro caſu ideò &c.

Inſtabis. dum affirmatiua, mutatur in negatiuam variatur medius terminus, ergo adhuc viget argumentum. Antecedens ſic oſtenditur, quia in maiori affirmatiua medius terminus eſt, vel ſubiectum, vel prædicatum affirmatiuum, in maiori negatiua medius

dius terminus ſe habet vt ſubiectum, vel prædicatum negatiuum, ergo tunc mutatur medius terminus. ſed contra. dico tunc mutari medium terminum in ordine ad affirmationem, vel negationem, quæ figuram non variant, cum in figuris non nominetur pro re eſsentiali affirmatio, vel negatio, ſed tantum diſpoſitio medij termini, quæ diſpoſitio conſiſtit in ſubijci, & prædicari, vt patet in illo verſiculo.

Sub; præ, prima; bis præ ſecunda, tertia bis ſub.

DIFFICVLTAS XXXI.

An poſſit dari regreſſus demonſtratiuus.

CONcluſio. non ſolum poſſibilis eſt, ſed etiam vtilis regreſsus demonſtratiuus.

Probatur prima pars. poſſibile eſt, quod illa propoſitio, quæ fuit maior, probetur per illam, quæ fuit concluſio,

ſto, & etiam vice verſa ſed hoc modo contingit regreſsus demonſtratiuus ergo. Maior sic oſtenditur. hæc maior. *omne Animal eſt ſenſibile* poteſt probari per hanc Concluſionem *omne rationale eſt Animal*, vt patet conſideranti, & facienti Syllogiſmum. Confirmatur. quilibet effectus, qui heri fuit effectus, hodiè poteſt eſse cauſa, ergo quælibet Concluſio, quæ hodiè eſt conclusio, cras poteſt eſſe maior, ſed hoc modo contingit regreſſus demonſtratiuus ergo.

Dices illa propoſitio, quæ heri fuit maior hodiè amplius non eſt, cum ſit actus momentaneus, & transiens, ergo hodiè non poterit probari per ſuam Concluſionem. ſed contrà. in primis, ſi ſit propoſitio neceſſaria tunc & heri, & hodiè ſemper dabitur ſaltem obiectiuè. ſecundò etiam ſi hodiè deberet illa maior denuo fieri quid tum? non ne omnes Conclusiones dicuntur probari, ſeù quod melius eſt deduci. quando fiunt? ſufficit ergo ad ſaluandum regreſſum demonſtratiuum, quod

illa

illa propoſitio, quæ heri fuit maior hodiè deducatur, ſeù cauſetur à ſua Concluſione.

Probatur ſecunda pars. vtile eſt, cauſam probari per effectum ſuum, ergo vtile eſt, Concluſione mediante probari maiorem, vel minorem. Conſequentia clara eſt, quia Concluſio eſt effectus maioris, Confirmatur. vtile eſt, rem probari per rem magis notam, ſed dum maior probaretur per ſuam Concluſionem, probaretur per rem magis notam, ergo vtile eſt, maiorem probari per ſuam Concluſionem. Minor clara eſt, quià Concluſio, & habet notitiam ſuam, & notitiam acceptam ex vi ſuarum præmiſſarum.

Dices dum Concluſio probat ſuam maiorem, non ſumitur amplius vt Concluſio, ergo nunquam verificabitur, quod Concluſio probet ſuas præmiſſas ſicque nunquam verificabitur, quod detur verus regreſſus demonſtratiuus. ſed contra. ſi ſic nobiſcum litem habent Aduerſarij ſancita eſt

pax.

pax. nam nos quoque dicimus Conclusionem, dum probat ſuam maiorem non fungi munere Concluſionis. & quis tantæ bonitatis eſt, vt dicat, quod, dum cauſa producit fungatur munere effectus? ſufficit igitur pro noſtro intento, quod illa, quæ fuit Conclusio, poſſit fungi munere maioris erga ſuam ipſiſſimam maiorem.

Eo vlterius & dico, quod in aliquo ſenſu Concluſio, dum fungitur munere maioris, poſſit fungi munere Concluſionis, vt ſi ponerem hunc Sylogiſmum prçcisis verbis *eſt vera hæc concluſio mox facta quod Animal ſit ſubſtantia, ſed homo eſt Animal, ergo homo eſt ſubſtantia* in quo Sylogiſmo vides, illam maiorem in aliquo ſenſu fungi munere Conclusionis, dum ſcilicet ponit ante oculos defendentis, ſe alias fuiſse Conclusionem benè deductam.

Arguunt primò. maior nôn poteſt amplius probari, ergo non poteſt Conclusio probare ſuam Conclusionem. Antecedens sic oſtenditur. maior iam ſupponitur nota, cum dederit

dederit notitiam Concluſioni, nemo autem dat, quod non habet, ergo maior non poteſt amplius probari. millenis argumentis poſset retorqueri hæc obiectio. attamen pro nunc sic dico.per Theologos iam eſt notum ferè apud omnes, dari Deum, & tamen adhuc probatur mediantibus Creaturis, ergo, etiam ſi maior aliundè sit nota, adhuc poterit probari mediante ſua Concluſione.

Reſpondeo directè. negando Antecedens, ad id, quod additur dico, ad ſummum maiorem non poſſe probari in eo genere, in quo eſt iam nota, cum autem non sit nota in genere deductiuo, & tamquam concluſio, ideò tanquam Concluſio poteſt probari. addo, quod etiam in eo genere, in quo iam eſt nota poteſt iterum probari Concluſio, cum sit ad libitum intellectus reiterare illud idem argumentum, mediante quo erat aliundè nota ipſa maior.

Inſtabis maior eſt nota etiam in genere deductiuo, ergo neque in hoc

genere

genere poteſt amplius probari. Antecedens ſic oſtendes. in eo genere maior eſt nota, quo dat notitiam Concluſioni, ſed dat notitiam Concluſioni in genere deductiuo, cum Conclusio ſit deducta, ergo. ſed contra. hæc inſtantia probat, tantum maiorem eſse deductiuam, non deductam quia quod dat eſse deducto deductiuum debet eſse, sicuti quod dat eſse calori calefactiuum debet eſse non calefactum, ex quo fit, maiorem & ſi in genere deductiui probari non poſſit, poſse tamen probari in genere deducti.

Arguunt ſecundò, dato regreſsu demonſtratiuo, daretur mutua cauſalitas, quod ſic probatur. quia maior probaret Concluſionem, & concluſio cauſaret maiorem.

Communis reſponſio eſt, quod daretur mutua cauſalitas ſecundum diuerſum eſse, quia Conclusio cauſaretur vt deducta, & cauſaret vt aliunde cognita. bona doctrina. aliam nunc ſubdo.

Reſ-

Reſpondeo Tranſeat Antecedens? nec tamen omnis mutua cauſalitas implicat, ſed tantum illa, in qua effectus dat eſse cauſæ, quæ iam ſupponatur exiſtere vt patet in Phyſicis (cui tamen doctrinæ nolo me alligare) at Concluſio, quæ deberet probare ſuam maiorem in genere deducti, illam in hoc genere non ſupponeret, & per conſequens in hoc genere illam poſset cauſare.

Inſtabis. daretur vera cauſalitas in eodem genere, ergo daretur vera cauſalitas, quæ implicat, Antecedens probatur, quià ſe cauſarent in genere obiectiuo. ſed contra dico, fore cauſalitatem in eodem genere obiectiuo, ſed non in genere iam ſuppoſito, in quo conſiſtit implicantia, cæterum etiam materia,& forma ſunt in eodem genere reali, & tamen ſe ad inuicem cauſant, non niſi quia forma cauſat materiam ſecundum, id quod non ſupponitur in materia, & etiam vice verſa materia ſic cauſat formam.

Arguunt tertiò. dato regreſsu de-

monſtratiuo commiteretur circulus vitioſus, quia interroganti, quarè aſsentiris illi Concluſioni? reſponderetur propter illam maiorem, & iterum interroganti quare aſsentiris illi maiori? reſponderetur propter illam Concluſionem.

Reſpondeo, fore circulum vitioſum, ſi diceretur, maiorem probari per Concluſionem cognitam tantum per ipſam maiorem, non ſic ſi aliundè cognoſcatur.

Arguunt quartò. aliquando maior eſt vniuerſalis, Concluſio autem eſt particularis. tunc ſic arguitur. in dato caſu non poteſt Concluſio probare maiorem, ergo non ſemper poteſt dari regreſſus demonſtratiuus. Antecedens ſic oſtenditur; quia ad probandam propoſitionem vniuerſalem requiruntur ſaltem duo propoſitiones particulares, cum inductio non poſſit habere vim niſi ſaltem duo inducantur ergo ſola Concluſio particularis non poterit probare maiorem vniuerſalem.

Reſpondeo primò. quod tunc per

Concluſionem particularem, etiam ſi non poſſit probari maior vniuerſalis (quod tamen non concedo) pōterit tamen probari minor, quæ erit pariter particularis, cum Concluſio ſequatur debiliorem partem, nec ad ſaluandum, regreſsum demonſtratiuum neceſſarium eſt, quod ſemper per Concluſionem probetur maior, ſed ſufficit, quod probetur aliqua ex præmiſſis.

Reſpondeo ſecundò. quod ſufficiat aliquando vna particularis ad probandam propoſitionem vniuerſalem, ſic ſi probetur Petrum eſse rationalem, probatur etiam omnem hominem eſſe rationalem, quia quod conuenit vni eſsentialiter conuenit etiam omni illi contento in eadem linea.

Inſtabis. contra hanc ſecundam reſponſionem. Petro conuenit eſsentialiter Petreitas, at non conuenit Petreitas omni homini, ergo quod conuenit vni eſsentialiter non conuenit omni illi &c. ſed contra. Petreitas conuenit Petro non qua Homo eſt, ſed qua Indiuiduum eſt, adeoque nil mi-

rum quod non conueniat omni homini. tantum igitur illud conueniet omni homini, quod conueniet Petro, qua homo eſt.

DIFFICVLTAS XXXII.

An demonſtratio quia ſit vera demonſtratio.

Concluſio. non ſolum demonſtratio, quia eſt vera demonſtratio, ſed eſt magis vtilis, & vſitata. eſt contra nonnullos volentes, tantum demonſtrationem propter quid, ſeù per cauſam eſſe veram demonſtrationem. Probatur prima pars. in primis quia de Deo datur euidens demonſtratio, ſed hæc non poteſt eſse per cauſam, ſeù propter quid, ergo debet eſse per effectum, ſeù quia. Minor conſtat, cum Deus non habeat cauſam ſui Confirmo. per Aduerſarios demonſtratio propter quid, ſeù per cauſam eſt vera demonſtratio, ergo etiam demonſtratio quia, ſeù per

effe-

effectum. Conſequentiam ſic oſtendo. tanta eſt connexio; quæ eſt inter cauſam, & effectum incipiendo à cauſa, quam inter effectum, & cauſam incipiendo ab effectu. ergo ſi vera eſt demonſtratio illa, quæ eſt per cauſam, vera eſt etiam illa eſt, quæ eſt per effectum.

Dices primò contra probationem, dum Deus demonſtratur per ſuam aſseitatem demonſtratur per cauſam ſui conſtitutiuam, ergo Deus non ſolum per effectum ſed etiam per cauſam poteſt demonſtrari. ſed contra in primis difficiliter Deus demonſtratur per ſuam aſſeitatem, cum nobis non innoteſcat niſi mediantibus Creaturis. ſecundò aſſeitas dicitur cauſa Dei impropriè, quia cauſa debet diſtingui aliquo modo ab effectu, & aliquam exigit in effectu dependentiam à ſe; aſseitas autem Dei nullo modo à Deo diſtinguitur, nec exigit in Deo dependentiam à sè, vndè poteſt quidem aſseitas vocari primarium conſtitutiuum Dei, non ſic cauſa Dei.

Dices ſecundò contra Confirmationem. licet tanta ſit connexio inter cauſam, & effectum, quam inter effectum, & cauſam tamen cauſa ab effectu non dependet, benè tamen è contra, ergo etiam licet tanta ſit connexio inter cauſam, & effectum, quanta inter effectum, & cauſam tamen poterit ſtare quod demonſtratio per cauſam vera ſit, non ſic demonſtratio per effectum. ſed contra. diſparitas eſt quia effectus non poteſt cauſare in eſsendo ſuam cauſam, benè autem in cognoſcendo, adeoque licet effectus non dependeat à cauſa poteſt tamen inducere in cognitionem cauſæ.

Secunda pars Concluſionis. quod ſcilicet demonſtratio quià ſit magis vſitata, & magis vtilis, euincitur tùm experientia, tùm ratione experientia, qua frequentius audimus, probari cauſas per ſuas proprietates, & per ſuos effectus, ratione, qua ſcimus debere in probationibus aſſumi media magis nota ad probandum ignotum ne ignotum per ignotius, vel ſaltem per æquè igno-

ignotum probemus, cum autem nobis magis innoteſcant effectus, quam cauſæ ideò &c.

Arguunt primò. demonſtratio quia ſeù per effectum non gignit ſcientiam ergo non eſt vera demonſtratio. Antecedens ſic probant; ſcientia eſt cognitio rei per cauſam ergo demonſtratio per effectum non gignit ſcientiam, Antecedens habetur ex deffinitione Ariſtotelica.

Reſpondeo, ly *per cauſam* poſitum in definitione ſcientiæ debere intelligi per cauſam, ideſt per diſcurſum cum diſcurſus ſit cauſa ſcientiæ. & hoc alij explicant per cauſam in cognoſcendo, non in eſſendo.

Inſtabis. cognoſcere ſequitur eſse, cum ſit paſſio entis, ergo ſi effectus non eſt cauſa in eſsendo, neque erit in cognoſcendo. ſed contra dico, quod cognoſcere ſequatur eſse, ideſt ſupponat eſſe, non verò conformetur ad eſſe, ideò poteſt ſtare, quod aliquis effectus ſit cauſa in cognoſcendo non in eſſendo. & ſicuti poteſt ſtare, quod aliqua

cauſa

cauſa ſit in eſſendo non in cognoſcendo, vt patet in cauſis nobis ignotis, ita etiam poterit aliquis effectus eſſe cauſa in cognoſcendo, non in eſſendo.

Arguunt ſecundò: demonſtratio per effectum procedit per medium contingens, ergo non eſt vera demonſtratio ſaltem ſcientifica. Antecedens ſic oſtendunt. quia quod effectus producatur eſt omninò per accidens, ergo demonſtratio per effectum procedit per medium contingens. heu quam ad hominem poſſet, hic retorqueri argumentum ſic. quod cauſa producat eſt omninò per accidens, ergo demonſtratio per cauſam non eſt vera demonſtratio, cum ſit per medium contingens.

Reſpondeo, demonſtrationem per effectum eſſe per accidens ſi attendatur ad exiſtentiam ſuam, at non ſic ſi attendatur ad connexionem, quam habet effectus ad cauſam. cæterum etiam demonſtratio per cauſam ſi attendatur ad exiſtentiam puram cauſæ eſt omninò per accidens, ideò nil contra

tra me militat, quod pariter contra ipſos non pugnet.

Inſtabis. demonſtratio per effectum debet attendi ſecundum exiſtentiam, ergo ſemper ſtat, quod demonſtratio per effectum ſit demonſtratio per medium cõtingens. Antecedens ſic oſtendunt, quia in demonſtratione humana illud attenditur tamquam medium, quod cadit ſub ſenſu ſed ſub ſenſu cadit exiſtentia, ergo. ſed contra ad ſummum exiſtentia debet attendi vt *id quo* quatenus eſt id, quo mediante attingimus per ſenſus connexionem neceſſariam inter cauſam, & effectum, non *vt quod* quia Intellectus in demonſtratione currat de connexione præmiſſarum cum Concluſione.

Arguunt tertiò. ex Ariſtotele. debent præmiſſæ eſſe priores Concluſione, ſed præmiſsæ procedentes per effectum non ſunt priores, & Probant minorem. quia nullus effectus eſt prior cauſa.

Reſpondeo, Ariſtotelem debere intelligi, de præmiſſis prioribus in or-

dine Sylogiſtico, non in ordine realitatis, cum autem in ordine Sylogiſtico priores ſemper ſint præmiſsæ etiam ſi procedant per effectum, quam ſit ipſa Concluſio ideò &c.

Inſtabis. etiam in ordine Sylogiſtico, ad hoc vt præmiſsæ ſint veræ, debent poni pro vt ſunt in ſe, ſed in ſe præmiſſæ per effectum ſunt ſemper poſteriores, quam cauſa, ergò. ſed contra. inſtantia peccat in terminis ipſis dum dicit, præmiſſas eſſe poſteriores, ſi enim poſteriores eſſent amplius præmiſſæ non eſſent. ſtat ergo, quod in genere Sylogiſtico præmiſsæ ſint ſemper priores cauſa poſita in Concluſione. ad illud quod dicitur, pro vt ſunt in ſe; dicitur debere poni pro vt ſunt in ſe in ordine Sylogiſtico, non in ordine reali.

Arguunt quarto. ab hoc effectu non poteſt neceſſariò deduci hæc cauſa, cum quilibet effectus ita veniat ab hac cauſa, vt poſſit ab alia prouenire, ergo demonſtratio per effectum non inſeruit ad cognitionem ſcientificam cauſæ.

ſæ. illi, qui negant eundem effectum poſſe prouenire à duplici cauſa vel diuiſim, vel ſimul ſumpta facili negotio, huic argumento reſpondent.

Reſpondeo in primis retorquendo argumentum. ab hac cauſa non poteſt deduci hic effectus ergo &c. Antecedens oſtenditur. quia cauſa ita producit hunc effectum, vt poſſit alium producere, ergò neque demonſtratio per cauſam erit vera demonſtratio.

Reſpondeo directè. ab hoc effectu æquiuoco non poſſe deduci hanc numero cauſam, bene tamen ab hoc effectu vniuoco, ideſt ab illo effectu, qui attentis circumſtantijs non poteſt prouenire niſi ab hac numero cauſa; ſic ſi in hac aula ſit tantum vnicus ignis, & ego ſentiam calorem deduco, hunc meum calorem ab illo igne prouenire, qui eſt in hac aula, quia attenta circumſtantia non poteſt prouenire ab alio igne, cum hic non ſit.

Inſtabis. etiam ſi in hac aula non ſit niſi vnicus ignis, non tamen cognoſco an hic ignis ſit ignis A. vel

ignis. B., ergo adhuc ab effectu huius ignis etiam attentis circumſtantijs non poſſum deducere hanc numero cauſam. ſed Contra. verum eſt, me neſcire an ignis poſitus in hac aula ſit ignis. A. vel. B. ſcio tamen, quod ſit hic numero ignis. licet neſciam determinatè ipſius ecceitatem. & hoc ſufficit pro noſtro intento. cæterum ab hac inſtantia deducitur, neque demonſtrationem per cauſam eſſe veram demonſtrationem, cum pariter neſciamus quemnam effectum ipſa producat, an ſcilicet effectum. A. vel B.

Quæſita pro complemento Dialecticæ.

QVæres primò. an in eodem inſtanti, quo elicitur minor, debeat etiam elici Concluſio.

Reſpondeo de hoc regulam certam aſſignari non poſſe. ratio eſt quia. attendenda eſt perfectio maior, vel minor in Intellectibus humanis in operando, poteſt enim dari caſus, quod

quod aliquis Intellectus plures actus attingat in vnico inſtanti, vel ſaltem vnico actu attingat plura obiecta, alius non, ergo non poteſt dari certa regula in ordine ad hoc Confirmo. quia datur Intellectus magis, & minus perfectus in operando ideò non datur certa regula, an propoſitio ſit ſimplex actus, vel non ſeù an propoſitio ſimul attingat ſubiectum cum prædicato. ergo etiam, quia datur maior, & minor perfectio Intellectus, non poteſt aſſignari, an in eodem inſtanti, quo elicitur minor debeat etiam elici concluſio.

Dices ſaltem poterit aſſignari hæc certa regula, quod Intellectus perfectus eodem inſtanti eliciet, & minorem, & Concluſionem. ſed Contra certa regula non eſt, quæ pro omnibus non eſt, cum igitur omnes non habeant eundem intellectum perfectum ideò &c. quod ſi adhuc peruicacius velis, quod illa aſſignata in obiectione ſit certa regula, omnia tibi concedam, & dicam, non agi-

agitari quæſtionem in hoc ſenſu.

Quæres ſecundò. quomodo præmiſsæ ſint certiores Concluſione. duplex eſt certitudo, quantum ſpectat ad præſentem iuſtitiam, prima eſt obiectiua, quæ conſiſtit in identitate ſubiecti cum prædicato, ſecunda eſt formalis, quæ conſiſtit in certitudine habita per alia argumenta.

Reſpondeo primò, quod comparando præmiſſam neceſſariam ad Concluſionem contingentem, præmiſſa neceſſaria certior eſt obiectiuè non ſic formaliter. ratio primi eſt quia in pręmiſſa neceſſaria ſubiectum identificatur cum prædicato, non ſic in concluſione contingenti. ratio ſecundi eſt quia Concluſio contingens habet veritatem deductam ab alijs, non ſic præmiſſa neceſsaria. propter hanc regulam deduces, quid ſit ſentiendum de præmiſsa contingenti comparata ad Concluſionem neceſsariam.

Reſpondeo ſecundò. comparando præmiſsas neceſsarias ad concluſionem neceſsariam, non dari maiorem

certi-

certitudinem obiectiuam, benè tamen maiorem certitudinem formalem; ratio primi eſt quia, quando tam præmiſsæ, quam Concluſio ſunt neceſsariæ, in vtriſque datur identitas inter ſubiectum, & prædicatum, & ſic datur æqualis certitudo. ratio ſecundi eſt quia Concluſio eſt certa etiam per præmiſsas, non ſic præmiſsæ per Concluſionem.

Dices poteſt ex ſupra dictis dari vna propoſitio neceſsarior alia propoſitione neceſsaria, ergo etiam ſi præmiſsæ, & Concluſio ſint ambæ neceſsariæ vna poterit eſse certior obiectiuè, quam aliæ. ſed contra res eſt intelligenda cum grano ſalis. ita quod tunc præmiſsæ non ſint certiores obiectiuè ipſa Concluſione quando affirmant idem obiectum non quando affirmarent diuerſum obiectum, vel ſaltem plura obiecta, quam affirmet Concluſio.

Quæres tertiò. an ad demonſtrationem requiratur cognitio, quo ad an ſit obiectum, quod demonſtratur.

Reſ-

Reſpondeo negatiuè. quia in Hoc Sylogiſmo *Omnis homo eſt rationalis, Petrus eſt Homo, ergo Petrus eſt rationalis.* nihil Quæritur de obiecto quò ad an ſit, cum omnes propoſitiones quærant de obiecto quid ſit, vt patere poteſt conſideranti. Confirmo poteſt dari demonſtratio de re præterita, ſed res præterita non eſt, ergo non requiritur cognitio de obiecto quo ad an ſit A. Probatur in hac demonſtratione. *quod identificatur cum Deo ab æterno debet fuiſſe ab æterno, ſed decretum Dei identificatur cum Deo ab æterno, ergò debet fuiſſe ab æterno,* & hæc demonſtratio eſt de re præterita, cum ſit de re, quæ fuit ab æterno, ergo poteſt dari demonſtratio de re, quæ non ſit.

Dices: quæ identificantur cum Deo & fuerunt, & ſunt, ſi ergo decretum Dei identificatur cum Deo, & fuit, & eſt. ſicque illa demonſtratio non eſt de obiecto, quæ nunc non ſit. ſed Contrà. decretum Dei pro vt apellat entitatem potentiæ decernentis, &

fuit

fuit & eſt. pro vt apellat terminationem ad futurum nunc (ſaltem de aliquo loquendo) non eſt, quia cum nunc facta ſit Incarnatio, nunc non datur amplius decretum terminans ad Incarnationem futuram.

Arguunt primò. contra primam: cauſa neceſsaria in eodem inſtanti, quo habet omnia requiſita debet operari, ſed ex vna parte Intellectus eſt cauſa neceſsaria, & ex alia dum eſt poſita minor ſunt poſita omnia requiſita, ergo debet neceſsariò concludere.

Reſpondeo, cauſam neceſsariam tunc debere operari in eodem inſtanti, ac ſunt omnia requiſita, quando eſt tantæ virtutis in operando, vt poſſit in eodem inſtanti, & ponere requiſitum, & ponere actum vltimum. ad quod datur requiſitum. ex quo habes diſparitatem, cur poſſit ignis in eodem inſtanti, quo eſt aproximatus calefacere, & non poſſit Intellectus (ſaltèm aliquando) minorem facere, & concludere, quia ſcilicet vtraque hæc vltima operatio venit ab Intellectu, non

ſic ab eodem igne prouenit aproximatio, & calefactio.

Arguunt ſecundò. poteſt ex dictis in tractatu de ſcientia ſimul eſse in eodem inſtanti actus ſcientiæ, & opinionis, ergo multò magis in eodem inſtanti poterit eſse actus minoris cum actu Concluſionis, cum minus repugnent duo actus ambo certi, quam duo actus quorum vnus ſit certus, alius incertus.

Reſpondo, poſse ſimul ſtare in eodem Intellectu, & in eodem inſtanti actum ſcientiæ, & opinionis quando Intellectus ita eſt perfectus, vt poſſit in eodem inſtanti attendere motiuo ſcientifico, & motiuo probabili, non verò quando eſt ita tenuis capacitatis, vt de illo verificetur illud axioma *intelligenti pauca*.

Inſtabis. duplex Intellectus poteſt ſemper facere duplicem actum, ergo etiam vnicus, & probabis hanc conſequentiam, quia vnicus Intellectus eſt virtualiter multiplex, ergo ſi duplex Intellectus poteſt ſimul attingere dupli-

duplicem actum etiam hoc poterit idem Intellectus. ſed Contra. Tranſeat Antecedens, quod poſset negari Nego Conſequentiam ad id, quod additur dico, quidem Intellectum eſse virtualiter multiplicem, ſed aliquando impediri, nè exeat in actum ab imperfectione organorum.

Arguunt tertiò, contra tertiam. non poteſt attingi eſsentia niſi mediante exiſtentia, ergo ſi in Concluſione ſcientifica debet attingi eſſentia obiecti nempè *quid ſit* debet prius attingi exiſtentia eiuſdem, nempè an ſit.

Reſpondeo exiſtentiam aliquando remotè ſe habere in ordine ad Concluſionem, & proximè ſufficienter deduci vnum prædicatum eſsentiale ab alio prædicato pariter eſsentiale, vt quando ex prædicato rationalitatis deducimus prædicatum Animalitatis. addo, ſufficere quod aliquid extiterit, ad hoc vt mediante illa exiſtentia, quam alias nouimus poſſimus cognoſcere eſsentiam de præſenti.

Arguunt quartò, in demonſtratione huma-

humana aliquid debet dari, quod cadat ſub ſenſu, ſed nihil cadit ſub ſenſu præter exiſtentiam ergo.

Reſpondeo ſufficere, quod alias per ſenſus fuerit cognita exiſtentia, vel quod deſtructa cauſa, adhuc conſeruetur de præſenti aliquis effectus, mediante quo cognoſcatur cauſa præterita, ſic mediante calore adhuc durante cognoſcimus, in aliquo loco fuiſse ignem, qui ſicuti feruorem intulit huius dialecticæ initio, ita nouo de Phyſica tractatui lumen apponat. interim hæc omnia Romanæ Eccleſiæ cenſuræ ſubiecta ſemper eſſe profiteor.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN-

INDEX CAPITVM

Quæ in hoc opere continentur.

Ex tractatu de Scientia.

De Scientia.

DIfficultas I. an huc vſque probatum ſit, dari veram, & rigoroſam ſcientiam, pag. 1

Diffic. 2. quid ſit ſentiendum de appetitu innato ad ſcientias, & quid de ipſis collectiuè acceptis. 8

Diffic. 3. quodnam poſſit eſſe obiectum ſcientiæ. 16

Diffic. 4. per quid diſtinguantur ſcientię inter ſe. 25

Diffic. 5. quodnam Iudicium ſit dandum de opinione Pici Mirandulani circa vnã ſcientiam totalem. 36

Diffic. 6. de ſcientia practica, & ſpeculatiua; ſubalternata, & ſubalternante. 43

Diffic. 7. an ſcientia, & opinio poſſint eſſe ſimul. 48

Diffic. 8. In quo conſiſtat ſcientia habitualis. 58

Ex

Ex Dialectica.

Proœmiales.

Difficultas 1. an Logica ſit neceſſaria ad reliquas ſcientias. 68

Diffic. 2. an Logica ſit ſcientia; & an ſit practica, vel ſpeculatiua. 72

Diffic. 3. an Logica docens, & vtens realiter diſtinguantur. 82

Diffic. 4. de obiecto Logicæ. 89

De Vniuerſali.

Diffic. 5. quid ſit vniuerſale Logicum, & in quo conſiſtat eius eſſentia. 99

Difficultas 6. an Vniuerſale Logicum ſit genus ad reliqua prædicabilia. 105

Diffic. 7. an vniuerſale Logicum benè diuidatur in quinq; prædicabilia. 114

De Genere.

Diffic. 8. an genus poſſit definiri, & quid in eius definitione definiatur. 120

Diffic. 9. an genus poſſit ſaluari in vnica ſpecie. 130

Diffic. 10. an genus poſſit immediatè prædicari de indiuiduis completis. 137

De ſpecie, & indiuiduo.

Diffic. 11. quid ſit ſpecies, & ſub qua ratione ſit vniuerſalis. 146

Diffic. 12. an ſpecies ſaluari poſſit in vnico Indiuiduo. 152

Diffic. 13. an Indiuiduum vagum ſit vniuer-

uerſale. 155
Diffic. 14. an ab indiuiduis ſit abſtrahibilis ratio communis. 160
De alijs prædic.
Diffic. 15. an Differentia infima includat ſubalternam. 166
Diffic. 16. de proprio, & accidente. 172
Diffic. 17. an Chriſtus poſſit poni in prædicamento. 174
De ſigno, & vocibus.
Diffic. 18. in quo conſiſtat ratio formalis ſigni. 185
Diffic. 19. quid voces primariò ſignificent res ne an conceptus. 192
De propoſitione.
Diffic. 20. Vtrum propoſitio ſit ſimplex qualitas. 201
Diffic. 21. in quo conſiſtat veritas propoſitionis. 210
Diffic. 22. an Veritas, & Falſitas ſint de eſſentia primaria Propoſitionis. 220
Diffic. 23. an eadem propoſitio poſſit tranſire de vera in falſam. 226
Diffic. 24. an de futuro contingenti detur determinata veritas. 235
Diffic. 25. an detur vna propoſitio verior alia intenſiuè. 249
Diffic. 26. an dentur Propoſitiones per ſe notæ. 262
De Sylogiſmo.
Diffic. 27. an, & quomodo præmiſſæ ſint cauſæ Concluſionis. 271

Diffic. 28.

Diffic. 28. an Aſſenſus Concluſionis includat aſſenſum præmiſſarum. 281
Diffic. 29. an poſitis præmiſſis neceſſitetur homo ad aſſenſum Concluſionis. 291
Diffic. 30. quid ſit ſentiendum de figura Galeni. 301
Diffic. 31. an poſſit dari regreſſus demonſtratiuus. 307
Diffic. 32. an Demonſtratio quia ſit vera demonſtratio. 316

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN-

INDEX RERVM
NOTABILIVM.

A

Accidens quomodo diſtinguatur à proprio. 172
Appetitus innatus erga ſcientias an detur. 8
Appetitus in Homine eſt voluntarius. 9
Appetitus in actibus primò primis eſt cum aliqua cognitione phyſicæ bonitatis. 9
Appetitus erga verum debet eſse cum aliqua cognitione. 10
Appetitus elicitus tendit in omnes ſcientias collectiuè acceptas. 10
Appetitus ſciendi quomodo ſit naturalis in Homine. 12
Appetitus an ſit idem ac capacitas. 13
Appetitus elicitus aliquando eſt irrationabilis, & quomodo. 14
Appetitus finitus tendere poteſt in res infinitas. 14
Appetuntur aliqua, quæ non poſſunt haberi, vel ſaltem non habentur. 2
Aprehenſio an poſsit dirigi ſine re aprehenſa. 94
Ariſtoteles nouit Deum eſſe infinitum. 175

P Bo-

B

Bonum an poſsit appeti ab Homine ſine aliqua cognitione. 8
Bonitas phyſica etiam in actibus primò primis. cognoſcitur. 9
Bonum alteri bono coniunctum magis mouet. 11
Bonitas moraliter impoſsibilis appeti poteſt ibid.
Bonum quomodò naturaliter appetatur ab Homine vbi Ariſtoteles explicatus. 12
Bonum Infinitum appeti poteſt ab Intellectu finito. 14

C

Chriſtus poni poteſt in prędicamento. pag. 177
Concluſio Logicæ docentis diſtinguitur realiter ab alia Concluſione pariter Logicæ docentis. 83
Concluſio non ſequitur neceſſariò ex præmiſſis. 291
Concluſio ita ſe habet ad præmiſsas, ſicuti iudicium ad aprehenſionem. 292
Concluſio aliquando eſt meritoria. 293
Concluſionem probare ſuam maiorem vtile eſt. 307
Concluſio in eodem tempore poteſt eſſe præmiſsa, & Concluſio. 310

Concluſio in quo genere poteſt cauſare ſuam præmiſſam. 312
Congruentia ſola ſufficit, vt aliquandò recedatur à veterum opinione. 117
Contingens ſumptum quò ad eſsentiam quomodo poſſit eſse obiectum ſcientiæ. pag. 19
Contingens quomodo definiatur. 172
Cordis occulta quarè non poſſint eſse obiectum ſcientiæ. 20

D

DEfinitio debet habere prædicata explicita. 101
Demonſtratio per effectum eſt vera demonſtratio. 316
Demonſtratio de Deo per cauſam an poſſit dari. 317
Demonſtratio per effectum eſt magis vtilis, & vſitata. 318
Demonſtratio per effectum in quo ſenſu ſit per cauſam. 319
Demonſtratio per effectum poteſt eſſe neceſſaria. 320
Deitas in Chriſto an poſſit poni in prædicamento. 177
Deus non habet cauſam ſui in eſſendo. pag. 22
Deus an poſſit ſpecificare ſcientiam viatoris. 35
Differrè oppoſitè quomodo cõueniat dua-
 bus

bus Concluſionibus Phyſicis. 29
Differentia inter credere, & ſcire. 33
Differentia infima non includit formaliter ſubalternam. 166
Differentia infima eſt veluti actus ſubalternæ. 167
Differentia infima nec eſt formaliter ſubſtantia, nec formaliter accidens. 170
Diſtinctio ſcientiarum per abſtractionem à materia an benè impugnetur. 25
Diſtinctio ſcientiarum habetur per diuerſas Concluſiones. 28
Diuerſitas inter Hominem abſtractum ab Indiuiduatione, & inter Hominem abſtractum à ſenſibili. 26
Diuerſitas inter Animaſticam, & Logicam circa operationes Intellectus. 28
Diuiſio prædicabilium in ſubſtantiam, & accidens an ſufficiat. 118

E

ESſentia quælibet, ſi aliud non obſtat, poteſt eſſe obiectum ſcientiæ. 16
Ens rationis poteſt eſſe obiectum ſcientiæ. pag. 17
Entia particularia an poſſint eſſe obiectum ſcientiæ. 17
Ens patriculare poteſt etiam ipſum emanare ſuas proprietates. 18
Ens rationis habet eſſe tantum obiectiuum. 20

Ens

Ens rationis quomodò ſit ad libitum Intellectus, & quomodo habeat ſui cauſam. 21
Eſſentia entis rationis in quo conſiſtat. pag. 22

F

FIgura Galeni an admittenda. 301
Futurum à Deo cognoſci de fide eſt. pag. 235
Futurum liberum à Deo amatum. 236
Futuritio antè decretum non datur. 237
Futurum minus requirit, quam præſens. pag. 238
Futurum contingens à nobis determinatè non cognoſcitur. 239
Futura priuatio à Deo cognoſcitur. 240
Futura priuatio quomodo decernatur à Deo. 241
Futura antè decretum an admittant contradictoria, & quomodò. 243
Futura minus à nobis cognoſcuntur, quam poſſibilia. 245

G

GEnus vt formaliter Genus definiri non poteſt. 120
Genus non eſt formaliter differentia. 121
Genus nec dicit ſolam naturam, nec ſolam ſecundam Intentionem. 122

Genus an ſit in Deo. 124
Genus, vt definitum conſtat alio genere. pag. 125
Genus an reſpiciat. ſecundam intentionem, tamquam accidens. 127
Genus in quo ſenſu ſit ſecunda intentio. pag. 128
Genus prædicatur, & vt totum, & vt pars. 130
Genus ſaluari poteſt in vnica ſpecie, reliquis impoſſibilibus. 131
Genus non requirit ſpecies realiter diſtinctas. 132
Genus non poteſt immediatè prædicari de Indiuiduis completis. 139
Genus non reſpicit immediatè rationem Indiuidui.

H

Habitualis ſcientia an conſiſtat in habitu ſimplici. 59
Habitus relinquitur à frequentatis actibus. pag. 60
Habitus ſcientiæ conſiſtit in ſpeciebus radicatis. 61
Habitus eſt cauſa facilitatis, & radicatio eſt tantum conditio. 65
Habitus in ſpeciebus conſiſtens duo munera habet, & qualia ſint ibid.
Habitus ſcientiæ non conſiſtit in ſpeciebus purè ordinatis. 65

Habitus in voluntate cur dentur. ibid.
Habitus non tollit indifferentiam. 66
Habitus ſupernaturales an poſſint conſiſtere in ſpecie. 67
Habitus quarè inclinet in actus ſimiles non in obiecta ſimilia. 87

I

INdiuiduum vagum an ſit vniuerſale? pag. 155
Indiuiduum vagum quomodo poſſit pluribus applicari. 157
Indiuiduum vagum nequit habere partes ſimul. 159
Indiuiduum vt ſic abſtrahi poteſt à pluribus particularibus. 160
Indiuiduum non coincidit cum ſpecie. 161
Indiuiduum an poſſit abſtrahi in infinitum. 162
Indiuiduum quomodo poſſit communicari licet ſit incommunicabile, 163
Indiuiduum an aliquid dicat infra ſè. pag. 164
Intellectus dirigitur ad actum tamquam cauſa ad effectum, non tamquam medium ad finem. 97

L

LOgica eſt practica, & ſpeculatiua quò ad quamlibet Concluſionem. 73

Logica prius eſt ſpeculatiua, quam practica. 74
Logica eſt modus ſcientiæ, & ſimul ſcientia. 75
Logica habet obiectum neceſſarium, & quomodo. 76
Logica quarè ſit inferior Theologia. 78
Logicæ ſpeculatio quomodo ſit aliquod opus. 81
Logica docens diſtinguitur ab vtente realiter tam quò ad actus, quam quò ad habitus. 82
Logica docens habet diuerſam difficultatem ac vtens. 85
Logica docens, & vtens an ideò difficiles ſint quia ſpectent ad diuerſam potentiam. 85
Logica docens non eſt cauſa æquiuoca. 88

M

Magiſtri an benè poſſideant omnes materias. 84
Materia ſcientiæ quomodo poſſit diſtinguere ſcientias. 85
Materiæ abſtractio iuxta Thomiſtas quotuplex. 26
Metaphyſicæ an omnes ſcientiæ ſubalternentur. 45
Metaphyſica quomodo probet omnia. 46
Metaphyſicè obiectum quale. ibid.
Miſteria fidei quare non poſſint eſſe obie-
ctum

ctum fidei. 58
Moralitas vt ſic datur per agregationem. pag. 37

N

NEceſſitas Logicæ pro vt in Scholis agitatur eſt quæſtio de nomine. 68
Neceſſitas Logicæ in ordine ad reliquas ſcientias artificialiter aquirendas, & quarè. 69
Neceſſitas Logicæ non eſt neceſſitas ſimpliciter ſed ſecundum quid. 69
Nomina includentia fallacias ſæpè naturaliter cognoſcuntur à Ruſticis. 71
Nomina ad placitum ſignificant non naturaliter. 200
Nomina fuere impoſita ab Adamo. ibid.

O

OBiectum materiale Logicæ ſunt res omnes. 89
Obiectum Logicæ non eſt ipſa Logica. 90
Obiectum formale Logicæ quodnam ſit. ibid.
Obiectum attributionis Logicæ eſt Intellectus inſtructus. 91
Obiectum formale an debeat addere materiali aliquod realiter diſtinctum. 95
Opinio an dicat aliqualem euidentiam, & certitudinem. 48

Opiniones Moraliſtarum cur probentur. 49
Opinio poteſt eſſe in eodem Intellectu cum ſcientia. 50
Opinio nullam dicit contradictionem cum ſcientia. 51
Opinio dicit tantum formidinem radicalem. 54
Opinio quomodo à dubio diſtinguatur. 55
Opinio an ſit forma intrinſeca Intellectui. pag. 56
Opinionis, & ſcientiæ ſimultas ex triplici capite ſuſtinetur. 54
Oppoſitum inconuenienti non eſt niſi conueniens, & probabile. 6

P

PEtrus eſt eſſentialiter hic homo. 24
Platonis opinio de ſpeciebus ingenitis an ſit vera. 15
Practicum, & ſpeculatiuum an opponantur. 79
Praxis Voluntatis quomodo diſtinguatur à praxi Intellectus. 80
Prædicabile primum quomodo contineat Vniuerſale Logicum. 113
Prædicabile Indiuidui an ſit idem cum ſpecie. 115
Prædicabilia non ſunt tantum quinque. pag. 114
Prædicabilia in ratione prædicabilis conueniunt. 111

Præmiſſæ non ſunt, ſaltem euidenter, veræ cauſæ Concluſionis. 271
Præmiſſæ probabiliter,ſunt conditiones ad Concluſionem. 272
Præmiſſæ, ſi ſunt cauſæ, ſunt cauſæ efficientes. 274
Præmiſſæ in quo ſenſu ſint cauſæ intrinſecè Concluſionis. 280
Præmiſſæ an includantur in Concluſione. pag. 281
Præmiſſæ non neceſſitant Intellectum ad Concluſionem. 291
Præmiſſæ, per aliquos, ſunt ſummum verum. 292
Propoſitio non habet determinatam Regulam,qua ſit, vel non ſit ſimplex qualitas. 201
Propoſitio in quo ſenſu ſit vnio, & compoſita. 207
Propoſitionis veritas conſiſtit in modo ſuperaddito actui, & obiecto. 210
Propoſitionis expreſſio non conſiſtit in ſolo actu. 216
Propoſitionis veritas quomodo poſſit conſiſtere in præſenti, & futuro. 218
Propoſitio non habet pro eſſentia primaria veritatem, & falſitatem. 220
Propoſitio vera non poteſt tranſire in falſam. 226
Propoſitio contingens antè decretum nec eſt determinatè vera, nec falſa. 237
Propoſitio verior alia intenſiuè de facto datur,

Digitized by Google

datur. 249
Propoſitio per ſe nota non datur. 261
Proprium quomodo diſtinguatur ab eſſentia primaria, & ab Accidente. 172

R

REctitudo operationum dirigitur ad Intellectum. 91
Rectitudo Logica per quid diſtinguatur à rectitudine aliarum ſcientiarum. 95
Rectitudo quo ad formam arguendi non habetur niſi à Logica. 96
Rectitudo Syllogiſmi quomodo proueniat etiam à Syllogiſmo malè facto ibid.
Regreſsus demonſtratiuus non ſolum poteſt dari, ſed etiam vtilis eſt. 307
Regreſsus demonſtratiuus probat per rem magis notam. 309
Regreſſus demonſtratiuus non inducit mutuam cauſalitatem. 312

S

SCientiam dari an ſit euidens. 1
Scientia rigoroſa non requiritur ad hoc vt aliquid prudenter dicatur. 7
Scientiæ obiectum quodnam ſit. 16
Scientia per quid diſtinguatur ab alia. 25
Scientia totalis, & vt ſic an debeat admitti. pag. 36
Scientia an poſſit ſtare ſimul cum opinione,

nione. 48
Scientia Habitualis non conſiſtit in habitu diſtincto à ſpeciebus. 59
Senſus eſſe benè applicatos non certò conſtat. 3
Senſus an poſſit certò alium ſenſum corrigere ibid.
Senſibus non fieri violentiàm an innoteſcat. 4
Senſibus etiam benè applicatis Deus poteſt miraculosè detrahere ſuum concurſum. 5
Signi ratio conſiſtit in ipſa re externa. 187
Species quomodo definiatur. 146
Species vt ſubijcibilis eſt vniuerſalis ibid.
Species vt ſubicibilis reſpicit plura genera. pag. 147
Species vt ſubijcibilis habet & ipſa ſuam prædicabilitatem. 148
Species an poſſit ſaluari in vnico Indiuiduo. 152
Speculatiuum quomodo diſtinguatur à practio. 43
Subalternata in abſentia ſubalternantis adhuc eſt vera ſcientia. 44
Subalternatio ſcientiarum ad Metaphyſicam nouo modo impugnatur. 46
Subalternata an ſemper procedat ex principijs ſubalternantis. 47
Sylogiſmus expoſitorius quarè non contineatur in illis carminibus, *Barbara Celarent*. 33

V

VArietas phyſica, & atoma non tollit vnitatem ordinis. 40
Venialia omnia vitare an ſit laudabile, appetere. 11
Virtus moralis totalis, & vt ſic an detur. pag. 39
Vitæ breuitas impedit hominem, ne habeat ſcientiam totalem adequatam. 40
Vnitas ſcientiæ quomodo ſuſtineatur à Pico Mirandulano. 36
Vnitas ſcientiæ vt ſic in modo loquendi, an benè cenſuretur ab Ouiedo. 37
Vnitas ſcientiæ totalis non obſcurat ſplendorem ſcientiarum. 38
Vniuerſale dicit de ſua eſſentia non ſolum poſſe prædicari, ſed etiam poſſe eſſe. 99
Vniuerſale Metaphyſicum quomodo poſſit cadere ſub Logica. 100
Vniuerſale Logicum adequatè ſumptum quid dicat. 104
Vniuerſale quomodo conſtitui poſſit ab aliqua proprietate emanante. 105
Vniuerſale Logicum non ſolum eſt Genus ad reliqua prædicabilia, ſed etiam ad alia vniuerſalia ibid.
Vniuerſale Logicum nullam curat habere Vniuerſalitatem nominatam. 107
Voces in quo ſenſu ſint obiectum Logicæ. pag. 93

Voces

Voces primariò ſignificant tùm res, tùm conceptus. 193

Voces ſignificando rem, & conceptum non ſignificant duo contradictoria. 194

Vox non poteſt ſignificare conceptum, niſi etiam ſignificet rem conceptam. pag. 195

Voces negatiuæ quomodo, & ipſæ ſignificent res. 197

Ad Lectorum.

In Pagina 7. ad vltimum argumentum verſus finem. Deſunt hæc verba, ſecundò dico, & directè, mè ſcire probabiliter non dari ſcientiam, & hoc ſufficit ad hoc vt aliquid prudenter dicatur; ſecus omnes moraliſtæ, quia tantum probabiliter loquuntur, ſemper loquerentur malè, & imprudenter.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

39719

Digitized by Google

Digitized by Google